

1789.

- * 1. Ackermannius : Anno Latio XIII. p. 1. ex adversariis
juriis iudicarii. Programma, quo ordinarius
suum ceterique assessores fac. juri. memoriam
Ackermannianam indicant.
- * 2. Bustschoff : Anno Latio XIII p. 7. ex adversariis
juriis iudicarii. Programma, quo decani senior
ceterique assessores qualiter facultatem monossem
Bustschoffianam indicant.
- * 3. Bonnus : Anno Latio XIII p. 3. ex adversariis
juriis iudicarii. Programma, quo ordinarius senior
ceterique assessores fac. juri. memoriam Bon-
nianam indicant.
- * 4. Gruenfeld, Georgius, S.R.T. Comitis de : Impugnatio
studii partium himenae in foro male recepti.
Programma, quo ordinarius senior ceterique doc-
tores fac. juri. solennia Doctoralia Georgii S.R.T.
Comitis de Gruenfeld indicant.

1789.*

5. Mandtius, Iwanus Gospodz: (De Reputacione
super causis illustribus a privato & auctore cause
instituenda). Programma, quo ordinarius senior
et ceteri doctores fac. iur. solennis Doctoralia
Iwanus Gospodz Mandtii indicant.

6. Silversteinius: Adversatio XIII p. 2 ex adversariis
juri*s* judicarii. Programma, quo triam facultatem
seniorum et reliquias assessores memoriam
Silversteinianam indicant.

7. Uffell, Hermannus Corvinus ab: Corollarium iuris
Criminalis XXV. Programma, quo ordinariis
seniorum ceterique assessores fac. iur. solennis
inauguralia Hermanni Corvli ab Uffell indi-
cant.

8. Prellmannus, Ias. Lud. Dr. fac. iur. pro cancellarius:
Miscellaneorum Et ius pertinentium Specimen VII.
Programma, quo solennis Doctoralia Christiani Ernesti
Weixii et Iwanus Gospodz Malletti indicant.

1789.

9. Baumgarten-Crusius. Gottlieb Augustus: De lege moralis Mosasca.
10. Brincker, Christian Gottlieb: Historia of jura iur. frisiae Electoratus Saxonicæ et Archimarchallatus locis Romanis imperio.
11. Parkes, Charles Fridericus: De finibus exceptionis leges strassburganae canthe regundis
12. Green, Augustus Frederic. Lyttelton, fac. jn procer. collatum: Acutus res factum de fundo in pugnare possit? Programma, quo solenniter Doct. zaria Corrii sagasti tabulari indicat.
13. Hanboldt, Christian Gottlieb: De consistorio principiorum iuris Romanis publicis.
14. Hödder, Christian Henricus: De publicatione bonorum ob desertionem a militia.
15. Lüttichau, Franz Otto: De recursu a supremis imperio Romano. Germanici tribunali bus at omnia genitius fundamen.



1789.

16. Mueller, Johann Gottlieb: De jure primariarum
precum ejusque exercitio. Spec. 2.

17. Mueller, Johann Gottlieb: De jure primariarum
precum ejusque exercitio. Spec. I

1738
Anno: 1774.

1789, 13.

DE
CONSISTORIO PRINCIPVM
SPECIMEN II
IVRIS ROMANI PVBLICI

QVO

AD AVDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS ANTIQVITATVM IVRIS
EXTRAORDINARIAE

SOLLEMNITER AVSPICANDAE CAVSSA

A. D. XII. M. AVGUSTI A. C. CICIOCCCLXXXVIII

IN AUDITORIO IVRISCONSULTORVM

RECITANDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

CHRISTIANVS GOTTLIEB HAVBOLD

IVRIS VTRIVSQVE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR ANTIQVITATVM IVRIS
PROF. PVBL. EXTRAORD

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIA

CONGRATULATIO TRINICIA

SCHEMENII

VARIS ROMANI PAVELI

AD ABDINIANA GRATISCVM

PROFESSIONIS ANTIVNTATAM VARIS
EXTRAORDINARIAE.

ZOLLEMMER AVESIGNE CAVSA

IN AUDITORIO UNIVERSITATIS ZUSTRICH

CHRISTIANUS GÖTTSCHE HUARD

PROFESSORIS ET LIBRARIUS UNIVERSITATIS ZUSTRICH

LIPSIÆ

EX OFFICINA AVESIGNI

V T T A O

DE AVARIS ADVERSARIIS IN CONSISTORIO PRINCIPALIA
MOMENTIS

DE

CONSISTORIO PRINCIPVM

ROMANORVM

SPECIMEN SECUNDUM

De Consistorio Principum Romanorum quum anno elapsi scribere instituisse, amplitudo argumenti iussit in aliam differri opportunitatem, quae de collegio splendidissimo dicenda superesset. Qualis quum iam aptissima per OPTIMI PRINCIPIS clementiam mihi sit oblata, hanc potissimum duxi officii mei partem, ut augusti beneficij memoriam opusculo, quod coepisse, continuando religiose colerem, quamquam, quo minus idem absoluuerem, et temporis rationes, et angusti libelli limites prohiberent.

A

CAPVT

CAPVT V

DE VARIIS ADSESSORVM IN CONSILIO IMPERATORIO NOMINIBVS

§. I.

De nomine Comitum Consistorianorum.

Quemadmodum iam Cap. I., varia fuisse ipsius Consistorii Sacri nomina, obseruauimus: ita nec vna occurrit adsefforum principium in antiquitatis monumentis adpellatio. Frequentissimum omnium est nomen *Comitum Consistorianorum*, vel *Comitum Consistorii, Sacri Consistorii, in Consistorio, intra Consistorium*, quo non lapides solum a) et scriptores veteres b), sed ipsae quoque leges c) constanter vtuntur. Ac *Comitum* quidem Romanorum originem et indolem nolo post IO. AVG. ERNESTIVM d) ipse repetere, ne cramben bis coctam lectoribus adponere videar. Nec vrgeo amplius duo *Comitum*, qui libera republica magistratibus pro-

a) V. TANI GRVTERI Corp. Inscriptt. L. I. Cod. Th. de Palat. SS. LL. et RR. p. CCCXXXVIII. 1. DCCC LXV. 8. PP. (Lib. VI. tit. 30.) L. vn. Cod. Th. MLIII. 10.

b) V. g. AMMIANVS MARCELLINVS Lib. XV. c. 5. et 6. Lib. XXXI. c. 12. AMBROSIVS Lib. II. epist. 14.

c) V. g. r. Codd. Theod. et rep. prael. de Comit. Consistor. (Lib. VI. tit. 12. et Lib. XII. tit. 10.) L. vlt. Cod. Th. de honorar. codicill. (Lib. VI. tit. 22.)

PP. (Lib. VI. tit. 30.) L. vn. Cod. Th. qui condact. rei priu. (Lib. X. tit. 5.) L. 15. et 18. Cod. Th. de extraord. maner. (Lib. XI. tit. 16.) L. vn. Cod. Th. qui a praebit. tiron. (Lib. XI. tit. 18.) Nou. THEODOS. XXXXI. c. 3. Confl. de nouo Codice fac. §. I. L. 4. §. I. C. de aduoc. diu. iudicium.

d) Exc. XV. ad SVETON. Tiber. c. 46.

vincialibus adessent, genera, iam in priori specimine e) a me de-
scripta, quorum alterutrum Comitibus Imperatorum locum fe-
cisse probabile est. Quod vero adtinet ad recentiorem aetatem,
lubentissime discedo in sententiam CL. SALMASII f) et FRID. BRVM-
MERI g), qui, vt varios dignitatis comitiae modos explicarent,
censuerunt, Comitum adpellationem, honorarii tituli vice, omni-
bus palatinis, ciuilibus et militaribus praefecturis et officiis prae-
positam, paullatim in locum verae dignitatis, cui addita esset,
successisse. Sic v. g. Magister seu Praefectus Sacrarum Lar-
gitionum honorario titulo *comes* simul erat, quod in comitatu
Principis versaretur. Postea vsu loquendi *comes Sacrarum Largi-*
tionum dici coepit, omisso magisterio, quod absumit dignitas
comitua. Vnde simul patet, quam procul a vero aberrauerit
VDALR. ZASIVS, a CHPH. COLERO h) notatus, qui, vt originem
Comitum Romanorum a Germanis repeteret, TACITO i) testimo-
nium denunciauit, quem mallem nomen apud suos receptum ad
gentium Germanicarum instituta et mores transtulisse, quam suis
primum Comitum exemplum praebuisse. Ipsorum Comitum
quatuor classes in iure Romano occurrere, cum IOSEPHO AVERA-
NIO k) statuo; primam, in qua pono eos, qui comitabantur Prae-
fides, Proconsules et alios, qui ad regendas prouincias proficisce-
bantur; secundam eorum, qui Imperatores in expeditionem

A 2 prodeun-

e) Cap. II. §. 2. p. 21.

g) Ex. de Scabinis, c. 2. §. 14. in
Opuscc. p. 284. sq.

f) ad TREBELLII POLLIONIS *Macri-*
num, inter Script. H. A. ex offic. Hackia-
na (Lugd. B. 1671. 8.) T. II. p. 291.

h) Parergor. c. 27. p. m. 62.

i) de M. G. c. 12. et 13.

k) Interpret. iur. L. III. c. 1.



prodeentes auf peregre proficentes comitabantur; qua quidem in classe sunt quoque nostri Consistoriani; tertiam eorum, qui ad honorem ac dignitatem coimitatus euehebantur; quartam denique Comitum, qui prouincias regebant et gubernabant, qui postremis Imperii Romani temporibus fuerunt introducti. Quemadmodum autem, ut ad nosros Comites redeam, frequentissima fit eorum a Consistorio denominatio: ita nihilominus et alia nomina dignitati comitiuae adiiciuntur, idem munus significantia; quales sunt y. g. κόμητες τοῦ ὑπηλοῦ βίρυατος *i.*)

§. 2.

De nomine amicorum et parentum Principis.

Amicos Principis, quamquam initio a Comitibus diuersos, primis iam Imperatoribus adsuisse, supra *a*) est exemplis demonstratum; quod nomen omnibus, qui penes Principem versarentur, adeo fuit familiare, ut nec sequiori aevo nostri homines eius expertes essent. Sic DIVI FRATRES ipsi SALVIVM IULIANVM, VOLVSIVM MAECIANVM, aliosque celebres iurisconsultos, quos consiliis adhibuerunt suis, adpellauerunt *amicos b)*, nec ALEXANDER dedignatus est VEPIANVM laudare tamquam *amicum suum c)*; quod elogium etiam CONSTANTIVS et CONSTANS RYFINO, P. P. tribuerunt *d)*, vt

b) L. vlt. C. qui milit. poss. (Lib. XII. tit. 34.) cf. CVIAC. Olif. Lib. VII. c. 10. *c)* L. 4. C. de contrah. et committ. stipul.

a) Cap. II. §. 2. p. 20. sqq.

b) L. 17. D. de iure patronatus. cf. L. 1. §. 3. D. de adpellat. et relat. *c)* L. 6. Cod. Th. de annona et trib. (Lib. XI. tit. I.)

ut taceam, quae de cura amicorum, peculiari Domus Augustae officio, supra dixi e), nec non, quae M. VALERIVS PROBVS de figlis solemnibus AM. N. et AMC. N., eamdem dignitatem significantibus, memoriae prodidit f). Qui quidem mos adfessores Comitesque honorifico amicorum nomine salutandi magnam sumi, litudinem habet cum vsu loquendi Graecorum, a quibus et ipsi Dii coniuncti, vulgo πάτερες dicti, ἑταῖροι vocantur, ceu GR. D'ARNAUD exemplis demonstravit g). Quod vero soli praeceptores Imperatorum dicti sint amici Principum, nolle cum CONST. LANDO h) defendere, quum, multo latius id nomen patuisse, exempla superiora doceant.

Non minus honorificum est parentum Principis elogium, quo itidem Confistorianos ornatos esse constat. Ac largior quidem IO. IAC. DRACONI i), ALB. RUEBENIO k) et CAR. FRID. PUDORI l), inde a CONSTANTINI M. temporibus nomen hoc, quoties in ipsis Principum Constitutionibus occurrat, patriciae plerumque dignitatis indicium esse, quum omnem dubitationem eximant IVSTINIANI de summo Patriciatus fastigio verba m): quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum suae potestatis nexibus

A 3 filium

- e) Cap. II. §. 2. p. 22.
f) de notis Romanor. cap. I. in GER. ed. FRID. PLATNERI (Lipf. 1754. 8.)
MEERMANNI Thes. iur. Tom. I. p. 92. p. 66.
g) de Dii πατέρεσ c. 9. p. 46. sq.
h) Exercit. in. ius ciui. ad proem. Dig. in EV. OTTONIS Thes. iur. Tom. III. pag. 1389.
i) de orig. et iure patriciorum Lib. II. c. 4. p. 143. sq.
- k) Diff. de vita Fl. Mallii Theodori ex ed. FRID. PLATNERI (Lipf. 1754. 8.)
l) Diff. de patriciis medii aevi (Lipf. 1758.) §. 3. p. 3.
m) §. 4 I. quib. mod. ius patr. por. folia.



*filium relaxare, Imperatoriam autem Celsitudinem non valere eum, quem
sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?* Verum non minus
constat, in vniuersum Imperatores, adeo antiquiores, non eos
solum, qui proxime deceſſerent, vel adgnatos fuos, sed ab ipsis
etiam plane alienos et longo temporis interuallo remotos, vel
eos, quorum aut merita aut officia singulari ornamento digna
viderentur, vt Praefectos Praetorio, Praefectos Vrbi, Magistros
Officiorum, *patrum* aut *parentum* adpellatione condecorasse;
quam quidem loquendi formulam IAC. GOTHOFREDVS ⁿ⁾, EZ.
SPANHEMIVS ^{o)}, et Illustris IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS ^{p)} dudum
in clarissima luce posuerunt. In promitu est sanctio ALEXANDRI
SEVERI, DOMITIVM VLPIANVM *parentem suum* nominantis ^{q)}, quem
titulum ex consuetudine Imperatoris, consiliis iurisconsulti cele-
berimi ad regendam rempublicam vſi, ADR. STEGERVS ^{r)} recte
repetiit. Nec ab ipsis solum Imperatoribus, sed in lapidibus
adeo monumentisque publicis elogium illud Praefectis Praetorio,
aliisque viris illustribus tributum esse, docet tum titulus, *Misitheo*
P. P. a Senatu decretus, quem seruauit CAPITOLINVS ^{s)}: *Misitheo*,
eminenti Viro, PARENTI PRINCIPVM, Praetorii Praefecto et totius urbis,
Tutori Reipublicae, S. P. Q. R. vicem reddidit; tum inscriptio a IANO
GRVTERO t) excitata:

MISITHEO PARENTI PRINCIPVM
P. P. TVTORI REIP. S. P. Q. R.

§. 3.

ⁿ⁾ ad L. vn. Cod. Th. de aet. certo

^{r) imp. fin.} (Lib. IIII. tit. 14.)

^{o)} Orb. Rom. Ex. II. c. 25. p. m. 570. sq.

^{p)} Probabil. iur. ciu. Lib. II. c. 19. p.

149. sqq.

^{q)} L. 4. C. de loc. cond.

^{r)} Diff. de Domitio Vlpiano (Lipf.

1725.) Seſt. II. §. 6. p. 22.

^{s)} in v. Gordian. c. 27.

^{t)} Corp. Inſcr. p. CCCXXXVIII. 3.

De reliquis adsefforum imperialium nominibus.

Praeter ea, quae modo exposui, nomina, occurrunt et alii Comitum Consistorianorum tituli, non minus frequentes, inter quos eminet *adsefforum* appellatio. Quemadmodum enim hoc nomine veniebant omnes, qui iudicibus in cognitionibus ius suppeditabant et consilium dabant, ita nostros praecipue homines sic dictos fuisse, videor mihi colligere e descriptione muneris *adsefforii*, quam PAVLVS a) exhibet: *omne officium adsefforis, quo iuris studioſi partibus suis funguntur, in his fere causis constat: in cognitionibus, postulationibus, libellis, editiis, decretis, epistolis.* Quae quidem singulae officii *adsefforum* partes optime conueniunt ordini caufarum, in Consistorio Principum agitatarum. Respondent latino *adsefforum* nomini graeca: παρέδεσος, σύνεδεσος, συγκάθεδεσος, quorum omnium vim ac potestatem D'ARNAVD b) egregie declarauit. Fuisse autem inter παρέδρους et συμβούλους id discriminis, quod illo nomine auditorii principalis *adseffores*, hoc contra sanctioris consilii participes venirent, auctore MEIN. TYDEMANO c) tum supra d) e ZOSIMO e) obseruauit, tum nuper demum loco HERO-DIANI f) sensi confirmari, vbi de *Mammæa*, ALEXANDRO filio,

a) L. I. D. de officio *adseff.*RICHIS *Theſ. nouo Differt. Belg.* Vol. I.

T. I. p. 35.

b) l. l. c. 8. p. 36. fqq.

d) Cap. III. §. 2. p. 44. sq.

c) Diff. de L. Vlpia Marcelli vita et
scriptis, Sect. I. c. 6. §. 2. in GER. OEL-

e) Hist. Nou. Lib. V. c. 30. §. 8.

f) Lib. VI. c. 1.

filio, quamdiu ipse gerendae reipublicae nondum esset maturus, consiliarios cooptante, haec traduntur: καὶ πρῶτον μὲν τῆς συγκλήτου βουλῆς τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους καὶ βίῳ σωφροσύνατους, ἐκκαίδενα ἐπελέξαντο, συνέδρους εἶτε καὶ συμβούλους τοῦ βασιλέως. Similiter συμπαζόντες et κοίνων πάντων vocantur, qui Latinis sunt *participes*, *consiliorum participes*, nomine etiam ad Consistorianos forsitan translato. Certe usum eius appellationis, legibus aliquot utriusque Codicis g) comprobatum, omnibus adcessoribus conuenire, IVL. CAES. BVLGNERVS h), IAC. GOTHOFREDVS i), FR. LINDENBROGIVS k), HENR. VALESIVS l), et D'ARNAVD m) dum docuerunt. *Consiliariorum* nomen frequens est, et de quovis adcessorum genere usurpatum n); nec quidquam mutandum videtur in sententia PAVLI o): *consiliari eo tempore, quo adficit, negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est: in alienum autem non prohibetur: quum, consiliarem inuersa ratione ponit pro consiliario, ut peculiarium, singularium etc. pro peculiari, singulari, CORN. VAN BYNKERSHOEK p) et HERM. NOORDKERK q)* recte monuerint.

g) v. g. L. vn. Cod. Th. et Iust. si
provinc. rector. (Cod. Th. Lib. III. tit. 6.)

L. 3. Cod. Th. de metaris (Lib. VII. tit.

3.) L. omnis 5. Cod. Th. de ii; quae ad-
ministrant. (Lib. VIII. tit. 15.) L. 1. Cod.
Iust. de adfess.

h) de Imperatore et Imperio Romano
Lib. II. c. 21. p. 147.

i) ad d. L. vn. Cod. Th. si provinc.
rector.

k) ad AMMIANVM MARCELLINVM Lib.
XXVIII. c. 1.

l) ad eundem AMMIANI locum.

m) l. l. p. 42.

n) L. 3. IO. II. 12. C. de adfess. cf.
SVETONIVS in v. Claudi c. 12.

o) L. 5. D. de offic. adfess.

p) Olff. iur. Rom. Lib. I. c. 25.

q) Olffera. c. 4. p. 73.

nuerint. Exhibit praeterea inscriptio apud GRATERVM r) cons
iliarium Auguftorum:

D. M

Q. VAL. Q. F. POSTIMIO

ROMVLO. PATRI. DVL

CISSIMO. EQVO. PVBLI

CO. PROC. AD. BONA

DAMNATORVM

PROC. AD. ALIMENTA

CONSILIARIO. AVGG

Q. POSTIMIVS. ROMVLVS

FILIVS. ET. NEPOTES

Neque dubito, quin etiam *iuris studiorum* titulus Comitibus Conſistorianis ex eadem cauſa obuenierit, ob quam ſolet adfeſſoribus magistratum ab auſtoribus *iuris ciuilis* tribui; quamquam, qui hoc argumentum in singulari Dissertatione diligentissime explanauit, ^{10.} DIDER. VAN LEEWEN^{s)} nullam eius nominis in Conſistorianos translati fecit mentionem. Praeterquam vero, quod *adfeſſores et iuris studiorum* in eadem lege iunguntur, in qua PAVIUS singulas muneris adfeſſorii partes deſcripit^{t),} conſtat quoque, hoc elogium, ut cum BYNKERSHOEKIO v) loquar, conueniſſe tan- tum non omnibus, quibus iurisprudentia cordi curaeque eſſet.

Denique

^{r)} Corp. Inſcriptt. p. CCCCLVIII. 7. in primis cap. 2. §. 2. et 3. pag. 359.

^{s)} Diff. de iuris studiorum, cuius Partes II. exiſtant in OELRICHS Thes. nouo Diſ fertt. Belg. Vol. II. T. I. p. 339 — 408.

sq.

^{t)} L. I. D. de offic. adfeſſ.

^{u)} l. l. Lib. VI. c. 3.

B

~~~~~

Denique et sub procerum palatii nomine consiliarii Imperatorum sunt intelligendi x).

Duos vero titulos iisdem perperam a nonnullis adscribi, obseruaui. Quo pertinet primum *anteceſſorum* nomen, a FRANC. POLLETO y) de Comitibus Consistorianis usurpatum, quod nemini, nisi his, qui artem iuris publice profiterentur, seculo Iustiniane tributum esse, CAR. FRID. WALCHIVS z) inuictis argumentis probauit. Ac quamquam *Theophilum*, qui leges doceret Constantinopoli, eundem quoque Sacri Consistorii Comitem fuisse scio, tamen, quum plura officia saepenumero vni viro conferrentur, et comitua primi ordinis inde a THEODOSII iunioris aetate *iuris doctores* emeritis stipendiis ornari solerent, non muto sententiam, quo minus, verum antecessorum munus a dignitate adſessorum Imperialium diuerſum fuisse, iudicem. Non magis sub *domesticis*, de quibus integer in utroque Codice titulus exſtat, latent arcanorum Principis conciſi: quae fuit peruersa ANDR. ALCIATI, ANT. CONTII et IVL. PACII opinio, a PAGANINO GAVDENTIO a) merito reprehensa, vt pote qui milites potius et custodes corporis Imperatoris *domesticos* adpellari ostendit, cauſam tamen erroris minime aperuit. Quam equidem positam esse existimo in similitudine *domesticorum*, qui, iudicium adſessoribus et cancellariis vulgo

x) L. 8. et 12. C. de LL. L. 5. §. 2. C. de tempor. et reparat.

y) *Hiftoria fori Romani* c. n. PHIL. BRODAEI (Fif. 1676. 8.) Lib. I. c. 4. p. 28. fq.

z) in *Iurisconsulto Anteceſſore*, ex variis iuris ciuilis veterumque auetorum locis deſcripto, §. 10. 15. et 20.

a) *Iuridicar. Expofit.* Lib. II. c. 13. in OTTONIS Thes. Tom. III. p. 376.

vulgo iunctib), a magistratibus in primis prouincialibus in consilio  
societatem vocarentur.

## CAPVT VI

DE HIS, QVAE AD DIGNITATEM COMITIS CONSISTO-  
RIANI CONSEQUENDAM EXIGEBANTVR.

### §. I.

*Consiliarii lecti ab Imperatoribus, probati a senatu.*

Iam, vt Consistorianorum ordines, munera ac dignitates  
propius cognoscamus, ante omnia, quis eos in contubernium  
Imperatoriae maiestatis adsciscere potuerit, quidque in hac  
electione potissimum spectatum fuerit, paullo adcuratus erit  
inuestigandum. Ac primi quidem Imperatores, qui ante HAD-  
RIANVM regnauerunt, in diligendis consiliorum publicorum  
participibus parum sibi videntur constitisse. Alii enim hos ipsi  
sibi cooptauerunt, alii a senatu eosdem quasi precario impetrave-  
runt, alii denique rem sorti commiserunt. Sic AVGSTVS, aucto-  
ribus SVETONIO <sup>a)</sup> et DIONE CASSIO <sup>b)</sup>, sibi instituit consilia *sortiri*  
semestria, cum quibus de negotiis, ad frequentem senatum refe-  
rendis, ante tractaret. Idem ingraescente aetate, ceu alio loco  
DIO <sup>c)</sup> tradidit, viginti consiliarios a senatu *petiit*, qui, quum ipse

B 2

curiae

<sup>b)</sup> tit. Cod. de adiutoribus et domeſti-  
cis et cancellariis iudicium.

<sup>a)</sup> in v. Augufti c. 35.

<sup>b)</sup> Lib. LIII. c. 21.

<sup>c)</sup> Lib. LVI. c. 28.

curiae interesse non amplius posset; in senatus locum succederent: *συμβούλους — εἴκοσι ἑπτησίους ἡγέτας*. Quod AVGVSTI institutum TIBERIVS ita est imitatus, vt super veteres amicos et familiares viginti sibi e numero principum ciuitatis *deposceret d)*. TITVS dicitur amicos *elegisse*, quibus etiam post eum Principes, vt et sibi, et reipublicae necessariis, adquieuerint, praecipueque vni sint e). HADRIANVS vero in eligendis adfessoribus et amicis ita versatus est, vt optimos quoque de senatu, de equitibus et de iurisconsultis, *quos tamen senatus omnis probasset*, in contubernium Imperatoriae maiestatis adscitos, ad consilii societatem ipse vocaret f). Quem modum etiam a posterioribus Principibus suisse seruatum, docemur exemplo *Mammiaeae*, matris ALEXANDRI SEVERI, quae, teste HERODIANO g), sedecim e prudentissimis senatoribus ipsa elegit, vt filium impuberem in regenda republica adiuuarent. Vnde colligimus, consiliarios Principum ex eo tempore ab ipsis quidem Imperatoribus lectos, sed a senatu omnes probatos suisse atque confirmatos. Quamquam autem illa tempestate senatus auctoritas a Principibus in speciem certe magnopere aucta est; vti multis rerum argumentis HENR. IO. ARNTZENIUS h) et MICHAEL CVRTIVS i) ostenderunt: vix tamen est, vt fidem habeamus THOMAE BEVERIO k), qui, manifesto temporis errore lapsus, Imperato-

d) SVETON. in v. *Tiberii* c. 55.

e) apud EVMDEM in v. *Titi* c. 7.

f) teste SPARTIANO in v. *Hadriani* c. 8. et 18.

g) Lib. VI. c. 1.

h) *Miscellan. c. IX. p. 120. sqq.*

i) *Comm. de senatu Rom. post tempora reip. liberae Lib. III. c. 1. §. 51 — 55.*

c. 5. §. 69. et c. 6. §. 70. 71.

k) in libro anglice scripto, qui germanice editus est hoc titulo: *Geschichte des Römischen Staats und des Römischen Rechts,*

peratoribus negat fuisse potestatem cooptandi consiliarios, vt pote  
a senatu solo quasi precario impetratos. Sequiore denique aetate,  
vt VALENTINIANI iunioris, existimauerim, consiliariorum delectum  
aut a solis Principibus pependisse, aut certe a senatu numquam  
fuisse impugnatum, siquidem ex eo tempore *sacrilegii instar* habi-  
tum est *dubitare, an is dignus sit, quem elegit Imperator I*, vel  
*super quibuscumque administrationibus aut dignitatibus promulgandis*  
*diuinis obuiare beneficiis m*.

## §. 2.

*De ordinibus, e quibus consiliarii Imperatorum lecii sunt.*

Ordinum, quibus ad consortium Imperatoriae maiestatis  
liceret adspirare, varia pro diuersis temporibus fuit conditio. Ac  
senatus quidem Romani in hoc officiorum genere obeundo praecipuas omni aevo fuisse partes, exempla AVGUSTIA), HADRIANI b),  
MAMMAEAE c) et ALEXANDRI SEVERI d) abunde probant. Nec  
TIBERIVM aut MARCVM ab hoc ordine puto abhoruisse, quum  
illum e numero principum ciuitatis, hunc ex optimatibus consiliarios  
sibi cooptasse, SVETONIVS e) et CAPITOLINV S f) tradant. Cuius  
confuetudinis quemadmodum antiquitus variae fuerunt caussae,

B 3

ita

Rechts, a. d. Engl. übers. und mit Anmer-  
kungen begleitet von L. VOELKEL (Lipsl.  
1787. 8.) Lib. III. c. 7. pag. 274.

l) L. 3. C. de crimine sacrilegii.

m) L. 5. C. de diuersi rescript.

a) DIO CASSIVS Lib. LIII. c. 21.

b) SPARTANVS in v. Hadriani c. 8.  
et 22. DIO CASSIVS Lib. LXVIII. c. 7.

c) HERODIANVS Lib. VI. c. 1.

d) LAMPIDIUS in v. Alex. Seu. c. 16.

e) in v. Tiber. c. 55.

f) in v. M. ANTONINI c. 22



ita haec potissimum ex HADRIANI consilio obtinuit, ne quid in consulto senatu Romano, licet absente, Imperatores facere videantur. Enim, ut cum REN. BOTTEREIO g) loquar, pluribus sic ex senatus optimatibus in aulam transuectis, ambulatorium senatum, ac domesticum circa se semper habuerunt. Cum senatoribus ante HADRIANVM equestris quoque gradus homines ad caussas cognoscendas a Principibus in consilium vocati sunt h), quem quidem morem HADRIANVS ita restrinxit, ut equites Romanos nec sine se de senatoribus, nec secum iudicare permetteret, ne quidquam senatui non deferre videretur. Ab epistolis tamen et a libellis primus equites Romanos habuit i). Interioris admissionis fuerunt in primis viri consulares, ut adeo praeter hos non temere alias sanctiore Principis consuetudine ornatos fuisse, IO. GOTTL. HEINECCIVS k) ausus sit adfirmare. Quod an iure fecerit, valde dubito: singula tamen exempla virorum consularium, qui simul essent amici et Comites Augustorum, suppeditant tum lapis l), C. Sentio Seuero, Viro Consulari et Amico Principis, positus, tum SPARTIANVS m), de HADRIANO professus, quod caussas Romae atque in provinciis frequenter audiuerit, exhibitis consilio suo CONSULIBVS, praetoribus et optimis senatoribus. Quae si quis comparaverit cum IVSTINIANI constitutione n), qua Quaestor Palatii causam

g) in Hadriano legislatore anno imp. 4. §. 4. in CHRIST. GOTTF. HOFFMANNI Hist. iur. Vol. II. P. II. p. 150.

h) SPARTIANVS in v. Hadriani c. 8. et 22.

i) ibid. c. 22.

k) in Ex. de P. Iuuentio Celsi, quae

est in EX. Sylloge Opusc. XII. p. 515. et in Ex. de Salvio Iuliano, ibid. n. XXIII. p. 795.

l) apud GRUTERVM in Corp. Inscriptt. p. MC. 5.

m) in v. Hadriani c. 22.

n) L. 34. C. de adpellac.

sam ad Principem relata, adiunctis duobus, ab Imperatore electis,  
magnificis viris, vel Patriciis, vel Consularibus, vel Praefectoriis discernere  
iubetur, virorum profecto consularium suffragiis in sequiorum  
quoque Imperatorum auditorio locum relictum esse, haud dubi-  
tabit. Plus tamen reliquis ordinibus ad familiaritatem cum Im-  
peratore contrahendam Patriciatus dignitas hoc aeuo valuit, licet  
haec ipsa vim munericis peculiariis minime haberet, quod a  
PVDORE o) latius est demonstratum. Ac quamquam non  
omnes Comites Consistoriani in Patriciorum numero fuerunt,  
quod recte monuit EYLENGERVS p) aduersus GVID. PANCIRO-  
LVM q), male eosdem ad AVGVSTI tempora referentem: ne-  
gari tamen non potest, omnes Patricios Imperatoribus fuisse  
a consiliis, siquidem non solum CLAVDIANI r), CORIPPI s),  
CASSIODORI t) et PAULI DIACONI u) testimonia abunde id  
confirmant, sed et ipse adeo IUSTINIANVS Patriciorum in rebus  
gerendis autoritatem non dissimulat x). Qua de re plura ha-  
bent, qui de Patriciis accurate exposuerunt, IAC. GUTHERIVS y),  
IAC. DE LA LANDE z), DRACO a), PUDOR b) et CYRTIVS c). Porro

de Consistoriis patriciorum et consilii et

o) in Diff. laud. §. 7. p. 7. sq.

p) l. l. Lib. II. c. 19. p. 346.

q) in Thes. variarum lectionum Lib. I.  
c. 3. et in primis Lib. II. c. 8.

r) in VI. Honorii Consul. v. 600. Lib.  
II. in Eutrop. v. 68. sq. et in Prologo  
eiusdem libri, v. 2.

s) de laudibus Iustini minoris Lib. II.  
n. 6. v. 208. sqq.

t) Variar. Lib. VIII. c. 9.

v) de gestis Langobardorum Lib. II.  
c. 30.

x) L. 34. C. de appellat. L. fin. C. de  
consulibus. (Lib. XII. tit. 3.)

y) de offic. Dom. Aug. Lib. I. c. 11.

z) in Diff. de ingressu in secretaria iu-  
dicium c. 3. in MEERMANNI Thes. iur. T.  
III. p. 454.

a) l. l. Lib. II. c. 4. §. II. p. 145. sq.

b) in Diff. laud. §. 8. p. 8. sqq.

c) l. l. Lib. III. c. 6. §. 93. p. 166.

et ex aduocatis fisci lectos fuisse, qui, aduocatione defuncti, ad comitiae Consistoriane dignitatem eucherentur, variae docent variorum Imperatorum constitutiones, in titulis Codicis de aduocatis diuersorum iudiciorum et de aduocatis diuersorum iudicum obuiae; et a BARN. BRISONIO d), PANCIROLO, e), BRVMERO f), nec non EV. OTTONE g) diligenter explicatae. Certe Imperatores THEODOSIVS et VALENTINIANVS h) fisci patronos post officium depositum aduocatorum confortio abscedere cum comitiua Consistoriana preceperunt; quam sancti LEO i), ANASTASIVS k) et IVSTINVSL) deinceps retulerunt. Quare non vniuerse solum SIDONIVS m), aduocatorum quum finiantur actiones, tunc incipere dignitates, de suo tempore testatus est, sed etiam fisci in primis patronatum auspicium honorum VICTOR n) et SPARTIANVS o) adpellauerunt. Consequebantur autem comitiuae praemia, olim, qui per annum, ex LEONIS autem constitutione p), qui per biennium fisci patrocinium exercuissent. Nec omnes, si quid video, sequioribus temporibus ex aduocatione fisci ad ipsum Comitum in actu positorum fastigium prouehabantur, vt pote solis ornamenti ac priuilegiis Consistorianis plerumque condecorati; id quod col-

ligo

d) Select. ex iure ciuili antiquo. Lib. III.

c. vii.

e) de claris LL. interpretibus Lib. I.

c. 4. et 5.

f) in Comm. ad Legem Cinciam c. 10.

§. 5. fqq.

g) in Papiniano c. 14. §. 1. et 2.

h) L. 8. C. de aduoc. diuers. iudiciorum.

i) L. 12. et 13. C. eod.

k) L. 1. et 2. L. 4. §. 1. C. de aduoc.

diuers. iudicum.

l) L. 6. C. eod.

m) Lib. I. epist. II.

n) de Caesari. c. 20.

o) in v. Antonini Gerae c. 2.

p) L. 12. C. de adu. diu. iudiciorum.

Digo ex verbis Imperatorum LEONIS et ANTHEMII q): quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostrae serenitatis honore possent in otio et tranquillitate reliquum vitae suae tempus peragere, nulla eis inuitis ingerenda sollicitudine. Superiori tamen aeuo non desunt exempla iurisconsultorum celeberrimorum, CERVIDII SCAEVOLAE, CLAVDII TRYPHONINI et AEMILII PAPINIANI r), quos, aduocatione fiscali defunctos, Principibus postmodum vere fuisse a consiliis, aliunde nouimus. Ceterum illud honorum seminarium ab HADRIANO iamiam esse institutum, non est, quod post GUTHERIVM s), BOTTEREIVM t), BRVMMERVM v), PET. BVRMANNVM x) et OTTONEM y) contra BRISONIVM z) et DION. GOTHOFREDVM a) amplius demonstrem. Hinc et intelligi poterunt ea, quae de adfessoribus et aduocatis Praefectorum Praetorio, tamquam in primo honorum gradu positis, et consequendae adeo comitiuae dignitati idoneis, a PANCIROLO b), RUBENIO c), atque ARN. DRAKENBORCHIO d), argumento potissimum e Nouella THEODOSIANA e) perfito, obseruata sunt.

q) L. 13. sub fin. C. de aduoc. diu. iudiciorum. cf. L. I. et L. 3. §. 6. C. de adu. diu. iudicium.

r) V. STEGERI Diff. de honoribus veterum iureconsultorum (Lipr. 1743.) cap. I. §. 8. pag. 27.

s) l. l. Lib. III. c. I.

t) l. l. ann. imp. 16. §. 3. in HOFFMANNI Hist. iur. Vol. II. P. I. p. 190.

v) l. l. c. 10. §. 5.

x) de retigal. pop. Rom. cap. II. pag.

171.

y) l. l. c. 14. §. 2.

z) l. l. Lib. III. c. vlt.

a) ad L. I. C. de aduoc. fisi.

b) l. l. Lib. I. c. 3. et cap. I. c. 1.

c) l. l. pag. 9. lq. ed. Lipr.

d) in Diff. de officio Praefectorum Praetorio cap. 4. in OELRICHS Thes. Differit. Belgg. Vol. II. Tom. II. p. 69. lq.

e) Non. Theod. XXXIII. de postulando.

sunt. Praeterquam enim, quod ex aduocatis PP. P. duo priores quolibet anno, postea biennio, ad patronatum fisci promouerentur *f)*, non pauca praefato sunt adessorum in auditorio PP. P. ad ipsam Praefecturam Praetorianam nullo, vel vno tantum honore intermedio, vocatorum exempla, a PET. FABRO *g)* et OTTONE *h)* diligenter notata, quae, vel huius dignitatis facilem fuisse cum altioribus comitiuae honoribus commutationem, tenuiunt. Denique et bonarum artiarum Professoribus, in primis Grammaticis, Sophistis et Iurisconsultis, a THEODOSIO iuniore hoc concessum est laborum praemium, vt, emeritis viginti annorum stipendiis, primo ordine condecorarentur; quem ipsum tamen honorarium magis titulum, quam verum munus fuisse, quiuis intelliget, qui elegantissimam explanationem legum, quae hic pertinent, THEODOSIANARVM *i)*, a IAC. GOTHOFREDO propositam, legerit *k)*. Ceterum quam aevo THEODOSIANO passim quibusque haec dignitas conserretur, eaque re claritudo eius et splendor vilesceret, uterque THEODOSIVS *l)* vetuerunt quemquam ad Consistorianorum Comitum honorem adspirare, nisi ad eundem viam sibi praestrixfisset certa norma seu ratione, quam tamen, quem nullum eius sanctiōnis vestigium alibi extet, GOTHOFREDVS *m)* fatetur ignorari.

Mihi

*f)* L. 10. et 12. C. de adu. diu. iudicior.

*g)* Semefr. Lib. I. c. 2. p. m. II.

*h)* L. I. c. 14. §. 6.

*i)* L. vn. Cod. Th. de professor. qui in urbe Constantiop. (Lib. VI. tit. 21.) L. 3. Cod. Th. de studiis liberal. vrb. Romae et

Constantinop. (Lib. XIII. tit. 9.) cf. L. vn. Cod. Iust. eod. tit. (Lib. XI. tit. 18.)

*k)* cf. L. 8. Cod. Th. de honorar. codicill. (Lib. VI. tit. 22.)

*l)* d. L. 8. de honorar. codicill.

*m)* ad d. L. 8.

Mihi vero ad ipsam hanc ordinum successionem, quam modo explicavi, THEODOSII videntur respexisse.

§. 3.

*De reliquis, quae ad dignitatem Comitis Consistoriani consequendam exigeabantur.*

Supereft, vt, quae fuerint animi generisue virtutes in eligendis Comitibus Consistorianis spectatae, inuestigemus. Ac primum quidem oportuit esse integrae famae et existimationis eos, qui ad Imperatorii fastigii consortium adspirarent, quum personae turpes, inhonestae et infames inferioribus adeo magistratibus adsidere prohibite sint a). Quas quamquam MARCIANVS legibus arceri negat: tamen id magis de facti, quam de iuris infamia intelligo, vt proinde turpitudinem lege notatam apud Romanos viam ad munera ac dignitates semper paeclusisse existimem. Etenim, quod MARCIANVS dubitanter adfirmare videtur, ceu recte monuit VAN LEEWEN b), id citra omnem dubitationem confirmavit Imperator CONSTANTINVS c): neque famosis et notatis, et quos scelus aut vitae turpitude inquinat, et quos infamia ab honestorum coetu segregat, dignitatis portae patebunt; vnde simul colligo, infamiam, si simpliciter dicatur, haud raro de sola facti turpitudine esse accipienda, quatenus ea notae, quam leges comitantur, opponatur. Qua quidem explicatione vtrum sym-

C 2

bolam

a) L. 2. D. de offic. ac diff. RICHS Thes. nouo Differrt. Belgg. Vol. II.

Tom. I. p. 361.

b) in Diff. land. I. c. 2. §. 4. in oel. c) L. 2. C. de dignit. (Lib. XII. tit. 1.)

bolam ego contulerim ad virorum summorum; M. AVGUSTINI  
 CAMPANI<sup>a)</sup> et BYNKERSHOEK<sup>b)</sup> coniecturas, yiderint me  
 doctiores. Quo minus vero optimis MARCIANI et CONSTANTINI  
 consiliis euentum semper respondisse optatum statuamus, pro-  
 hibent exempla nebulonum pessimorum, eunuchorum, liberti-  
 norum, hominumque famosissimorum, saepissime inter Imper-  
 ratorum familiares receptorum, quae in tristem humanitatis me-  
 moriam IAC. GOTHOFREDVS<sup>f)</sup> excitauit. Audiamus eum in  
 finem VOPISCVM<sup>g)</sup>, de temporibus DIOCLETIANI et AURELIANI  
 ita conquestum: *et quaeritur quidem, quae res malos principes faciat?*  
*Iam primum licentia, deinde rerum copia, AMICI praeterea IMPROBI,*  
*SATELLITES DETESTANDI, EVNVCHI AVARISSIMI, AVLICI VEL*  
*STVLTI VEL DETESTABILES, et rerum publicarum ignorantia.* Nec  
 legi vñquani digniorem magno Principe vocem aureo illo CON-  
 STANTINI M. edicto<sup>h)</sup>, quod, ingenti malo oppositum, ob argu-  
 menti praeflantiam integrum adscribam: *si quis est, cuiuscumque loci,*  
*Ordinis, Dignitatis, qui se in quencumque Iudicum, Comitum, Amico-*  
*rum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter et manifeste probare posse*  
*confidit, quod non integre atque infle gessisse videatur, intrepidus et securus*  
*accedit; interpellet me, ipse audiam omnia, ipse cognoscam; et, si fuerit*  
*comprobatum, ipse me vindicabo.* *Dicat securus, et bene sibi conscius*  
*dicat: si probauerit, ut dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me usque ad*  
*hoc*

<sup>a)</sup> de officio et potest. magz. Rom. pag. 468. sq.  
<sup>b)</sup> in v. Aureliani c. 43.

<sup>c)</sup> Off. iur. Rom. Lib. I. c. 5. <sup>d)</sup> L. 4. Cod. Th. de accusat. et in-  
<sup>e)</sup> f) ad L. 4. Cod. Th. de accusat. et script. inscript. (Lib. VIII. tit. I.)  
<sup>g)</sup> in v. Aureliani c. 43.

hoc tempus simulata integritate deceperit. Illum autem, qui hoc proddiderit et comprobauerit, et dignitatibus et rebus angebo. Ita mihi summa Divinitas semper propria sit, et me incolunem praefat, ut cypio; felicissima et florente republica. Quod vero ad libertinae conditionis homines adtinet, quamquam ipsis lex Visellia omnem ad honores dignitatisque aditum praeculsum <sup>i)</sup>, nisi aureorum annulorum iure imperato a Principe sustentarentur, nulli tamen hominum generi a malis Imperatoribus plus fuisse indultum, docent exempla CLAVDII, NERONIS, GALBAE, OTHONIS, VITELLI<sup>U</sup>S, ut ceteros sequioris aei Caesares taceam, qui ipsa adeo vilissimorum mancipiorum consuetudine ad rem publicam regendam familiariter usi sunt. Cui quidem confortio ethi quis eos iure exhibitos esse coniecerit ex sententia MARCIANI <sup>k)</sup> saepius laudata, secundum quam libertini magistratibus adsidere possunt; recte tandem VAN LEEWEN <sup>l)</sup> id, de quo iurisconsultus loquitur, adfessorum genii negat fuisse in dignitate constitutum; quod fecus in iis, qui in auditorio Praefecti Praetorio, Quaeftoris Sacri Palatii, Magistri Officiorum, ac vel maxime Principis ipsius adfiderent, utpote omnes dignitate certa, ac comitua primi ordinis illustres. Quare idem Vir doctus egregie obſeruauit, libertos vel ipsa lege Visellia prohibitos fuisse Principibus adsidere, siquidem in dignitate constituerentur hi, quos Principum mandata sustinerent <sup>m)</sup>. Postquam vero IVSTINIANVS omnem legi

## C 3

## Viselliae

<sup>i)</sup> L. vn. C. ad Leg. Visell. II. qd. RICHIS Thes. nouo Differt. Belgg. Vol. II.

<sup>k)</sup> d. L. 2. D. de offic. adfess. hucq; Tom. I. p. 362.

<sup>l)</sup> in Diff. laud. I. cap. 2. §. 4. in oel.

Viselliae auctoritatem detrahit <sup>a)</sup>): nec libertinos amplius a Principum consuetudine legitime arceri potuisse contendō. *Iurisperitiam* quo minus omnibus augusti collegii adfessoribus necessariam fuisse statuam, prohibent SPARTIANI <sup>b)</sup> et LAMPRIDII <sup>c)</sup> p) testimonia; quorum vterque adcurate distinguit iurisconsultos a reliquis Comitibus et amicis. Adcedit eiusdem LAMPRIDII <sup>d)</sup> aucto-ritas, qui ALEXANDRO hanc tradit fuisse consuetudinem, vt, si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos et disertos adhiberet, si vero de re militari, milites veteres et senes ac bene meritos, et locorum peritos ac bellorum et castrorum, et omnes literatos, et maxime eos, qui historiam norant. Nec clericorum adeo consilia in ferendis abrogandisque legibus a CONSTANTINO M. eiusque successoribus neglecta esse, docent argumenta rerum, a CORN. GVL. DE RHOER <sup>e)</sup> ad satim adlata, quamvis nollem propterea clericis in ipso Imperatorum Christianorum Consisto-rio locum dignitatemue adsignare, qualem me ipsis in speci-mine priori <sup>f)</sup> tribuisse, iam poenitet. *Aetatis* denique rationem in variis comitiuiae Confistorianaengradibus conferendis habitam esse existimareim, nisi obstat auctoritas monumenti antiqui <sup>g)</sup>, in quo Petronius Maximus dignitates Primicerii Notariorum, Comitis Saerarum Remunerationum et Praefecti Vrbis omnes intra-vie simum quintum aetatis annum adsequutus esse dicitur.

- <sup>a)</sup> Nou. LXXVIII. cap. 1. <sup>b)</sup> Iurisperudentiam Romanam Diff. III. §. 5.  
<sup>b)</sup> in v. Hadriani cap. 18. <sup>c)</sup> pag. 89. sqq.  
<sup>c)</sup> in v. Alexandri Sen. cap. 16. <sup>d)</sup> ibid. <sup>d)</sup> Cap. II. §. 8. pag. 39. sq.  
<sup>d)</sup> ibid. <sup>e)</sup> apud GRUTERVM in Corp. Inscript.  
<sup>e)</sup> de effectu religionis Christianae in p. CCCXXXVIII. 7.

§. 4.

*De sollempni Comitum Consistorianorum inauguratione.*

Quemadmodum nulla fuit in imperio Romano dignitas, cui non sequiora in primis secula, pompa fastus Orientalis adsuefacta, maiorem conciliarent ab inaugurationis celebritate splendorem? ita nec comitiui ordinis honor sollempni cartuif conferendi formula, quam pro diuersis officiorum ac dignitatuum generibus diuersam CASSIODORVS a) memoriae tradidit. In primis autem ornamenta Consistoriana arbitror esse collata hac vel simili formula: *Comituum tibi primi Ordinis ab illa inductione maiestatis favore largimur, ut Consistorium nostrum sicut rogatus ingredieris, ita moribus laudans exornes, quam idem scriptor b) de Spectabilibus Comitibus Consistorianis, κατ οχη* sic dicit, adhibuit. Sollemnitatem ipsam coniicio in inaugurations praesentibus aliam esse obseruatam, aliam in absentibus. Praesentibus forte eadem vel simili ceremonia sub Imperatoribus recentioribus collata est dignitas Consistoriana, quam in Patria iusto tribuendo obseruatam fuisse, CONSTANTINO PORPHYROGENNETO c) auctore, PUDOR d) probauit. Certe idem CONSTANTINVS ritus in inaugurandis Magistris e), Praepositis f), Praefectis g), Quaestoribus h), Secundicertiis i), et Magistris Scriniorum k), et suo,

et

a) *Variar.* Lib. VI.

f) Lib. I. c. 50.

b) *CASSIODOR.* l. l. c. 12.

g) Lib. I. c. 51. 52.

c) de ceremoniis aulae Byzantinae, Lib. I. c. 48.

h) Lib. I. c. 53.

d) in *Diss. laud.* §. 5. p. 5. sq. l. (a)

i) Lib. I. c. 56.

e) d. l. Lib. I. c. 46.

j) Lib. I. c. 58. l. (a)

k) Lib. I. c. 58. l. (a)

et antiquiori aevo sollemnes litteris consignauit. At *absentes*, in primis vacantes, solis codicilliis cum cingulo illustris dignitatis transmissis ad hunc honorem vocatos fuisse, colligo ex testimoniois, a. i. o. GOTHOFREDO /), ad fatim ad latis, quorum sigillatim illustrandorum opportunitatem alias locis, de insignibus Comitum nosrorum exposturus, praebet. Ceterum poterat primi ordinis comitiua aut post probatos labores, aut ex gratia, aut pro pretio impetrari n), quemadmodum omnino certa pecuniae summa, ab AVERANIO n) amplius definita, pro introitu soluenda erat ab his, qui militiam palatinam vel Sacrorum Scriniorum fuerant consequuti. Magis tamen in eam adducor opinionem, ut solis dignitatibus vacantibus et honorariis, vel officiis palatinis inferioribus hanc nundinationem propriam, a vero autem Comitum in actu positorum honore proorsus alienam fuisse censem.

### CAPUT VII

**DE ORDINIBVS ET OFFICIVS AD SESSORVM  
CEMVAM VLLYNGESEMMETO  
PRINCIPALIVM M**

*Descriptio ordinum et officiorum Consistorianorum generalis.*

Quanto lubentius fateor, nullum fere huius libelli caput maioribus difficultatibus laborare eo, quo Comites in singulas clas-

)) ad L. vn. Cod. Th. de Comitib. va-  
cans. (Lib. VI. tit. 18) et L. I. Cod. Th.  
de honorar. codicilli. (Lib. VI. tit. 22)

m) d. L. vn. Cod. Th. de Comit. vacans.  
n) Interpretari. iuv. Lib. II. c. 17.  
§. 16.

ses et singula officia sunt describendi: tanto facilis spero me a lectoribus aequis veniam esse impetraturum, si, in hac argumenti obscuritate saepius lapsus, magis, quae ex adsidua veterum monimentorum lectione coniecerim, quam, quae ipse pro certis adfirmare ausim, proposuero. Ut autem omnis instituti ratio primo statim intuitu cognosci possit, hanc praemitto ordinum officiorumque Consistorianorum descriptionem; deinceps sigillatim confirmandam:

I. Omnes Comites Consistoriani fuerunt ordinis primi, alii quidem Illustres, alii Spectabiles, quae tamen distinctio non ad solam comitiam Consistorianam, sed ad omnem dignitatem palatinam spectauit.

II. Illustres in primis vel in actu positi, vel vacantes, vel honorarii fuerunt.

III. Illustres in actu positi quoad Consistorium memorantur Praefectus Praetorio, Praefectus Vrbi, Magister Officiorum, Quaestor Sacri Palatii, Comes SS. Largitionum et Comes Rerum Privatarum: quamquam praeter hos nonnumquam adhibiti videntur Magistri Militum et Praepositus S. Cubiculi.

III. Vacantium et honorariorum innumera occurrunt officia, quae, quoniam in actu posita non fuerunt, ad nos non pertinent.

V. Spectabilium duplex genus est statuendum, alterum *Comitum Consistorianorum* κατ' ἔξοχον ita dictorum, quos quodammodo vacantibus aequiparaueris, alterum eorum, qui, quamquam certis officiis in Consistorio functi, ipso tamen Consistorianorum nomine vii non sunt.

~~~~~

VI. Posterioris generis fuerunt Primicerius Notariorum, Magistri Scriniorum, Secundicerius et omnes Tribuni Notarii, Decuriones Silentiariorum et ipsi Silentarii, nec non Proximi Scriniorum.

Ne autem temporum rationibus male consuluisse arguar, varias has dignitates in Consistorio Principum obuias nego ante CONSTANTINI M. aetatem ita distinctas esse ac separatas, ut singulis classibus sui tituli iam tum tribuerentur: quamuis unum vel alterum officiorum genus etiam in antiquorum Principum Consistorio inueniatur. Placet eam in rem adscribere egregiam CHRISTI GOTTL. SCHWARZII a), viri de antiquitatis studio insigniter meriti, observationem: *tempore quidem reipublicae liberae Romani raro usi sunt peculiaribus et quasi determinatis titulis et elogis honorum, nisi, quod Consules et senatorii ordinis viros frequenter CLARISSIMOS AMPLISSIMOSQUE dilecos esse deprehendamus.* Quae consuetudo etiam diu obtinuit sub imperio, ita quidem, ut senatorum ordo praecepue titulo AMPLISSIMI designaretur. Deinde potissimum primarii viri ordinis equestris SPLENDIDI et ILLVSTRES compellabantur. Postea, circiter a Constantini temporibus, tituli magis distingui, nec nisi certis dignitatibus adscribi coeperunt. Quo in primis refero illud, quod de CONSTANTINO M. tradidit EVSEBIVS b): κομητῶν δὲ οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἡγεμόντοι οἱ δὲ, δευτέροι οἱ δὲ, τρίτου διασημοτάτων δὲ ὄστατος καὶ ἑτέρων πλείστων ἀξιωμάτων, μηδέποτε μετεῖχον εἰς γὰρ τὸ πλειόνας τιμᾶν, διαφόρους ἐπενέοις.

a) in Diss. de vetusto quodam diatribis HARLESIVS Norib. 1783. 8. p. psycho consulari et ecclesiastico §. 22. 325.
in EI. Exercit. acard. quas edidit Illu- b) in v. Constantini M. Lib. III. c. 1.

περιοί βασιλεύς ἀξίας. Nunc igitur solummodo loquor de forma Consistorii ea, quam, a CONSTANTINO M. acceptam, sequiores Imperatores plus minusve inflexerunt, seruato in primis, quem *Notitia dignitatum utriusque imperii* suppeditat, ordine.

§. 2.

*De triplici Comitum ordine, et comitiua primi ordinis
Consistoriana.*

Quam in Dissertatione superiore a) TIBERII aevo vindicauit Comitum in tres ordines distributionem, a CONSTANTINO M. ad totidem diuersas dignitates translatam, eamdem ante omnia cum diuersa nostrorum Comitum conditione conferre placet. Neque enim latet me ANT. MATTHAEI b) et IVST. CHRIST. THORSCHMIDII c) sententia, ex qua duplex, vel adeo triplex Consistorianorum ordo distinguitur, quasi non primi solum, sed secundi quoque et tertii ordinis Consistoriani fuissent. Verum enim uero, praeterquam quod nuspiciam equidem in lapide aliquo antiquo vel Notitia dignitatum, vel alio antiquitatis monumento mentionem factam legi Comitum Consistorianorum *Ordinis secundi* vel *tertii*, licet saepissime occurrant *Comes in Consistorio ordinis primi* d), *Comes ordinis primi intra Consistorium* e), *Comes intra Consistorium ordinis primi*

D 2

a) Cap. II. §. 3. p. 24. sqq.

rianorum in Imperio Orientis §. 4. p. II.

b) in Veteris aeui Analectis Tom I. p.

d) apud GRVTERVM d. l. pag.

CCCCXXXVIII. I.

465.

c) in Diff. Historia Comitum Consisto-

e) ibid. p. CCCCLXV. 8.

*primi f): videtur profecto discrimen, quod *Illustres* inter et *Speciabilis* intercessit, huic errori potissimum ansam praebuisse. Quamquam enim *Speciabilium* dignitas perpetuo postposita est *Illustrium* fastigio, tamen, si a solis Proximis Scriniorum, tamquam Comitibus secundi ordinis g), completo vero militiae litteratae tempore ad comitiam Sacri Consistorii euectis h), discesseris, Speciabiles non minus fuerunt ordinis primi, quam *Illustres*; cuius rei causa prouoco ad GVTHERIYVM i), GOTHOFREDVM k) et CVRTIVM l), qui omnino hoc argumentum praecclare exposuerunt. Praeterea, qui error est contrarius aliorum, idem GOTHOFREDVS m) recte negavit, Consistorianos Comites solos fuisse Comites ordinis primi, quum etiam Praepositi ac Tribuni scholarum, Comites rei militaris, Comites, qui *Illustribus* agentibus adsedissent, Archiatri Sacri Palattii, reliquique, quos tituli XIII – XXI, Lib. VI. Codicis Theodosiani indicant, ad eundem honoris gradum fuerint euecti.*

§. 3.

De Illustribus et Speciabilibus.

Comitum igitur nostrorum alii fuerunt *Illustres*, alii *Speciabiles*. *Illustrium* nomen viris maxima dignitatis olim tributum a): nec ab-

f) in LVD. ANT. MVRATORII *Noue Thes. vest. inscript.* Tom. II. p. DCCXX. et DCCXXI.

g) L. 17. et 18. Cod. Th. de *Proximis, Comit. difpos.* (Lib. VI. tit. 26.)

h) L. 8. C. de *Proxim. Sacrор. Scrinior.* (Lib. XII. tit. 19.)

i) l. l. Lib. I. c. vlt.

k) ad tit. Cod. Th. de *Comitibus Consistor. et de Comit. et trib. schol.* (Lib. VI. tit. 12. et 13.)

l) l. l. Lib. III. c. 8. §. 102. sq.

m) ad d. tit. Cod. Th. de *Comit. et trib. schol.*

n) CICERO *de persis. Confid.* c. 5.

absurde dixeris; ab equitibus b) id ad nostros esse translatum. Spectabilium loco antiquitas habuit viros spectatos et honestos c), spectatam iuuentutem d). A CONSTANTINI M. temporibus primum videtur peculiariis Illustrium dignitas a Spectabilium classe esse separata, sicut ISIDORVS e) scribit, primos senatorum dici ILLVSTRES, secundos SPECTABILES, tertios CLARISSIMOS. Quod ipsum discrimen in singulari constitutione f) ab Imperatore HONORIO adgnoscitur. Illustrium autem praecipuas suisse in Consistorio partes, docent tum viri illustres, qui consilii et Consistorio interfunt g), tum illustres in Sacro Consistorio cincti h), tum, qui in recensu Illustrium i) commemorantur, Comites Consistoriani, qui participantes Augusti perpetuoris euras agendo claruerunt. Et hi quidem intelligendi sunt sub Comitibus Consistorianis, quos, a Spectabilibus praecipue sic dictis diuersos k), praeter legem, quam adtuli l), exhibent binae GRATIANI, VALENTINIANI ET THEODOSII constitutiones m), nec non AMMIANVS MARCELLINVS n), qui eosdem militariibus opponit. Fue-

D 3

runt

b) v. PET. BVRMANNI Diff. de iure aureorum annulorum (*Trai. ad Rh.* 1734.) cap. 2.

h) L. 2. C. ut dignie. ordo seru. (Lib.

gureorum annulorum (*Trai. ad Rh.* 1734.) XII. tit. 8.)

i) L. 3. Cod. Th. de metatis (Lib. VII.

tit. 8.).

c) PLAVTVS in Mercatoro Act. II. tit. 47.

k) GOTHOFRED. ad L. 1. Cod. Th. de

Palatin. SS. LL. et RR. PP. (Lib. VI. tit.

30.)

d) VIRGIL. Aen. Lib. VIII. v. 151.

l) d. L. 3. de metatis.

e) Orig. Lib. VIII. c. 4.

m) d. L. 1. et 4. de Palatin. SS. LL.

f) L. 52. Cod. Th. de haeret. (Lib.

XVI. tit. 5.)

n) Lib. XV. c. 5. et 6. Lib. XXXL c.

g) L. vlt. Cod. Th. ad L. Cornel. de

sicar. (Lib. VIII. tit. 14.)

12.

runt autem e Consistorianis Illustres Praefectus Praetorio o), Praefectus Vrbi p), Magistri Militum q), Praepositus S. Cubiculi r), Magister Officiorum s), Quaestor S. Palatii t), Comes SS. Largitionum v) et Comes Rerum Priuatarum x). Illustribus dignitate inferiores fuerunt Comites Consistoriani, κατ' ἔξοχον ita vocati, de quibus potissimum agere titulos vtriusque Codicis, de Comitibus Consistorianis inscriptos, GOTHOFREDVS y) egregie ostendit. Hi quippe proximo tantum gradu Spectabiles fuerunt, qualis titulus Comasio et Clearcho in ARCADII et HONORII lege z) tribuitur. Ac Spectabilium quidem alii certis in ipso Consistorio functi sunt officiis, vt Primicerius Notariorum a), Magistri Scriniorum b), Secun-

o) L. vlt. Cod. Th. de Decurion. et Si-
lent. (Lib. VI. tit. 23.) L. vn. Cod. Th.
qui a praebit. tiron. (Lib. XI. tit. 18.)

p) L. 14. Cod. Th. de numerar. (Lib.
VIII. tit. 1.) L. 61. Cod. Th. de adpell.
(Lib. XI. tit. 30.) L. 183. Cod. Th. de
Decurion. (Lib. XII. tit. 1.) L. 7. Cod. Th.
de Scenici. (Lib. XV. tit. 7.)

q) L. vlt. Cod. Th. de Comit. rei milit.
(Lib. VI. tit. 14.) L. 17. Cod. Th. de re
milit. (Lib. VII. tit. 1.) L. 8. Cod. Th. de
metar. L. 1. Cod. Th. ne Comite. et Trib.
(Lib. VII. tit. 11.)

r) L. vn. Cod. Th. de Praepof. S. Cubic.
(Lib. VI. tit. 8.) d. L. 3. de metar.

s) L. vlt. Cod. Th. de Primicer. et No-
tar. (Lib. VI. tit. 10.) L. 20. Cod. Th. de

agent. (Lib. VI. tit. 27.) L. 10. Cod. Th.
de curios. (Lib. VI. tit. 29.)

t) L. 17. Cod. Th. de proxim. (Lib.
VI. tit. 26.)

v) L. vlt. Cod. Th. de Palatin. SS. LL.
d. L. vn. qui a praebit. tiron. L. vn. Cod.
Th. de auri publ. prosecut. (Lib. XII.
tit. 8.)

x) d. L. vlt. de Palatin. SS. LL. L. 27.
et 32. Cod. Th. de perition. (Lib. X. tit.
10.)

y) ad L. vn. Cod. Th. de Comit. Con-
sistor. (Lib. VI. tit. 12.)

z) d. L. vn. de Comit. Consift.

a) d. L. vn. qui a praebit. tiron;
b) d. L. vn. qui a praebit. tiron. Nov.
THEODOSII I. de autoritate Cod. Thod.

Secundicerius et omnes Tribuni Notarii *c*), Decuriones Silentiorum ipsique Silentiarum *d*), Proximi denique Scriniorum *e*) (quorum tamen nullum Comitis Consistoriani elogio laudari me mini); alii ius ingrediendi in Consistorium habuerunt *f*), intra cuius arcana admissi et actibus interesse, et Imperialia adire responsta poterant, licet ipsi curas Augusti pectoris agendo non partciparent, ut illustres. Quod postremum Spectabilium genus non solum Comitum Consistorianorum nomine praecipuo vsum, sed etiam diuersis temporibus inter diuersas dignitates medio quasi loco constitutum est. Sie modo collocauntur inter maximarum culmina dignitatum et Notarios *g*); modo exaequantur Proconsularibus *h*), i. e. Proconsulatu functis, non Proconsulibus, ut perpetram habet, notante GOTHOFREDO *i*), Codex Iustinianeus; modo post illustres dignitates medium tenent inter Primicerium Notiorum et Magistros Scriniorum locum *k*). Si secundum seriem titulorum, quibus dignitatum ordo in utroque Codice explicatur, earumdem successionem aestimare fas est, Consistoriani censendi sunt inter Magistros Scriniorum et Comites ac Tribunos scholarum medii. Post Quaestores S. Palatii et ante Magistros Memo-

riac

- c)* L. 7. Cod. Th. de priuilegiis, qui in VI. tit. 4.) L. vlt. Cod. Th. de honorar. S. Palat. mil. (Lib. VI. tit. 35.) L. 21. codicilli. (Lib. VI. tit. 22.) cf. CASSIODOR. Variar. Lib. VI. c. 12.
- d)* L. 30. §. fin. C. de inoff. test. cf. GOTHOFRED. Paraxiel. ad tit. Cod. Th. de Decurion. et Silent.
- e)* L. 66. C. de Decurion. (Lib. X. tit. 31.)
- f)* L. 28. Cod. Th. de Praetor. (Lib.
- g)* L. 15. Cod. Th. de extraordin. (Lib. XI. tit. 16.)
- h)* L. vn. Cod. Th. et i. C. Iust. de Comit. Consistor.
- i)* ad d. L. vn. de Comit. Consistor.
- k)* d. L. vn. qui a praebit. tiron.

iae ac Libellorum a THEODOSIO iuniore 1) laudantur *Sprantius, Apollodorus et Theodorus, Viri Speciabiles, Sacriique Consistorii Comites, Idem Imperator m) locum adsignat Consistorianis post Illustres vacantes, ante Tribunos et Notarios, non ante Comites primi ordinis, quod GOTHOFREDO n) placuit.* IVSTINIANVS o) denique, post Illustres, περιβλέπτους Καμήτας Κονσιτωρίους Clarissimis Tribunis Praetorianis et Notariis praeponit.

§. 4.

De positis in actu, vacantibus et honorariis.

Illustres in primis fuisse vel *in actu positos*, vel *vacantes*, vel *honorarios*, nullum argumentum clarius probat celeberrima THEODOSII et VALENTINIANI sanctione a), ad quam omnino videndus est IAC. CVIACIVS b). Ibi enim *quinque Illustrium gradus* ponuntur: 1) qui *in actu positi* illustres peregerunt administrationes; 2) *vacantes*, qui *praesentes* in comitatu illustris dignitatis *cingulum* meruerunt; 3) *vacantes*, quibus *absentibus cingulum* illustris mittitur dignitatis; 4) *honorarii*, qui *praesentes* ab Imperatore *sine cingulo* codicillos tantum honorariae dignitatis adepti sunt; 5) *honorarii*, quibus *absentibus* similiter *sine cingulo* mittuntur illustris insignia dignitatis. Quem quidem *vacantium* titulum etiam Comitibus secundi vel tertii ordinis tributum esse, colligere licet ex ipsis THEODOSII

junioris

1) Nou. THEODOS. I. de auctorit. Cod. Th.

o) Nou. XIII. c. 3.

m) Nou. THEODOS. XXXI. c. 3.

a) L. 2. C. ut dignit. ordo feru. (Lib. XII. tit. 8.)

n) ad d. L. vii. de Coniit. Consift.

b) p. m. 479. fqq.

iunioris verbis c): idcirco *Illustres vacantes per omnes nostras prouincias constitutos ternos tirones in adaeeratione debere persoluere.* Comites quoque *Consistorianos, vel primi ordinis, nec non Tribunos et Notarios, sed et eos, qui administrationes ordinarias in prouinciis gubernarunt, dare singulos oportere.* TRIBVNOS vero VACANTES, sive COMITES SECUNDI vel TERTII ORDINIS omnesque *Clarissimos tertiam partem tironis adgnoscere.* Idem discrimen et in *Spectabilium classe obseruatum est, quum non solum sub Comitibus vacantibus, de quibus exstat in Codice Theodosiano titulus d), auctore GOTHOFREDO e), intelligendi sint Comites primi ordinis, quatenus opponuntur illustribus, adeoque et Spectabiles; sed etiam Comites illi Consistoriani, quos supra explicaui, inter Spectabiles eodem sensu geserint dignitatem vacantem, quo illustres nec in actu positi, nec honorarii. Fuerunt igitur Illustres, ut ad hos redeam, in actu positi, qui *illustres administrationes ipsi peragerent, et perpetuis officiis in Comitatu Principali fungerentur: quales memorantur Praefetti Praetorio f), Quaratores, Magistri Officiorum, Comites SS. Largitionum et Comites RR. PP. g).* Vacantium plura occurrunt in sequioris aei monimentis genera, a nostris vacantibus toto coelo diuersa, quae nemo adecuratius distinxit GOTHOFREDO h). Habemus enim *vacantes* in scholis Palatinis, id est, supernumerarios et adscriptitios,*

c) *Nou. THEODOS. XXXXI. c. 3.*

f) *L. 10. Cod. Th. de Legat. (Lib. XII. tit. 12.)*

d) *Lib. VI. tit. 18.*

g) *L. 3. Cod. Th. de metat. L. 5. Cod. Th. de fide test. (Lib. XI. tit. 39.)*

e) *ad L. vlt. Cdd. Th. de Primicer. et Notar.*

h) *ad L. vn. Cod. Th. de Comitibus vacant.*

34
 cantes seu *vacantios* in militia, *vacantes* nullius corporis societate coniunctos, denique et *adlectos*. At *Illustres* *vacantes* erant, vt viri summi i) verbis vtar; qui, post *vigilias* et *labores* (addo: *fibi*) *vacantes* iam et munere *defuncti*, pro *praemio* ad dignitatem *illustrem* honorariam *euehebantur*. Quam *vacantium* classem cum ipsis εμπεάκτοις pessime confudit IO. FILLEAV k), duplice solum Consistorianorum ordine constituto, *vacantium* et *honorariorum*, quorum illos dixit inter agentes et in actu positos fuisse, et arduis consiliis vacauisse, deceptus vocabuli *vacare* significatione, qua pro eo, qui operam dat negotio alicui, adhibetur: quum tamen ipsa THEODOSII et VALENTINIANI constitutio l) meliora eum docere potuisset. Imo *vacantes* dicuntur propterea, quia, deposita administratione, ita otiosi sunt, vt quoquis tempore, in Consistorium vocati, negotiis a Principe extra ordinem sibi commissis vacare possint; vnde *cingulum otiosum* apud CASSIODORVM m), cuius verba, quamquam ad Comites Consistorianos Spectabiles propriæ spectantia, com mode et ad Illustres *vacantes* transferri possunt: *otiosi cinguli honore praecincta dignitas, quae nullum nouit offendere, nullum cognoscitur ingrauare, et super omnia bona concitare nescit inuidiam.* Quocirca prouocati moribus tuis, comitium tibi primi ordinis — largimur; ut Consistorium nostrum sicut rogatus ingredieris, ita moribus laudatus exornes; quando vicinus honor est *Illustribus*, dum alter mediis non habetur. Ipsam formulam conferendi Illustratus *vacantis* IDEM n) exhibet,

vbi

i) ad d. L. vlt. de Primicer. et Notar.

k) in Tr. de Comit. Consistor. c. 5.

in MEERMANNI Thes. iur. Tom. I. p. 342.

l) d. L. 2. ut dignit. ordo seru.

m) Variar. Lib. VI. c. 12.

n) l. l. Lib. VI. c. 10. et 11.

vbi Proceres vacantes sunt iidem, qui alias *Illustres vacantes* audiunt. Vacantium duo genera in lege saepius laudata o) constituuntur, quorum alii *praesentes* in comitatu, alii *absentes* illustre cingulum essent consequuti. Quamquam autem vacantibus otiosis per codicillos hic honor tribuebatur, tamen, quia eundem post labores seu militiam propter fidem exploratam promeruerant, praeferebantur ultimae *honoriorum* classi, ita ut medio loco consiperentur inter ἐμπράκτους, seu eos, qui sudore ad ipsam dignitatem et administrationem peruenissent, et *Illustres codicillarios*, qui pretio vel gratia Illustratus ornamenta impetrassent, de quibus agit titulus Codicis Theodosiani de *honorariis codicillis* p). Licit enim unum nomen esset, tamen id meritis aestimandum esse, censuerunt Imperatores HONORIVS et THEODOSIVS q), in quorum constitutione sub viris honorabilibus non *honorarii*, sed *vacantes* sunt intelligendi r). Satis igitur *vacantes* mihi videor ab *honorariis* vel *honoratis* distinxisse, quorum, si vniuerse accipientur, tria constituo cum IACOBO DE LA LANDE s) genera: primum eorum, qui magistratus et administrationes publicas sustinerent; alterum, dignitatibus et officiis reipublicae perfunditorum, et emeritis honoribus conspicuorum; tertium denique nostrorum hominum, quibus principali munificentia vel pretio dignitas concessa esset sine administratione et sine meritis. Etenim *honorarii*, quos h. l. intelligimus,

E 2

mus,

o) d. L. 2. ut dignit. ordo seru.

q) d. L. vn. Cod. Th. de Cōmit. vacant.

p) cf. d. L. vlt. Cod. Th. de Primicer.

r) GOTHOFREDVS ad h. l.

et Notar. Nou. THEOD. XXXII, d. L. 2.

s) in Diff. de ingressu in secretaria iu-

vt dignit. ordo seru. et CASSIODORVS dicum etc. c. I. in MEERMANNI Thes. iur.

Variar. Lib. VI. c. 16.

T. III. p. 450. sq.

mus, siue praesentes essent, siue absentes, codicillos tantum illustris dignitatis sine cingulo adepti fuerant i), quare, solis insignibus citram et ministerium ornati, nudas dicuntur obtinere umbras et imagines dignitatum v). Quod vero solo cingulo ab honorariis differre vacantes GOTHOFREDVS x) scripsit, id amplius sic accipio, ut honorariae et adumbratae dignitatis viros numquam, vacantes persaepe intra Consistorii arcana admissos esse censeam; cui coniecturae non parum roboris adcedit ex lege THEODOSII et VALENTINIANI y), qua fancitur: *quin et de Consistorianis Comitibus hoc nobis uniuersi placere cognoscant, ut his, qui vel absentes sunt, vel testimonialibus tantum adepti sunt dignitatem, praecedant, qui admitti intra Consistorii arcanum meruerunt, et actibus interesse, et nostra adire responsa.* Ceterum CONSTANTINVS M. eiusque successores, quum (quae fuit Graecae gentis ambitio) omnium cupiditati explendae non sufficerent legitimi magistratus et ordinaria reipublicae munera, ad eorum similitudinem has ipsas dignitatum umbras et imagines excogitauerunt, ceu DE LA LANDE z) praeclare obseruavit, quo omnino, si a GOTHOFREDO discesseris, nemo adcuratius exposuit disserimen, quale ἐμπράντους inter, vacantes et honorarios obtinuit.

i) d. L. 2. ut dignit. ordo seru.

v) L. vlt. Cod. Th. de honorar. codicill.

L. 41. et 74. Cod. Th. de decurion.

x) ad d. L. vn. Cod. Th. de Comit. III. p. 451, sq.

Vacant.

y) d. L. vlt. de honorar. codicill.

5

§. 5.

**INTRA CONSISTORIVM et IN CONSISTORIO ESSE, idem.
Numerus Consistorianorum.**

Praeter hos, quos exposui, dignitatis Consistorianae gradus, nullum plane admitto discrimen aliud, ne illud quidem, quod GUTHERIVS a) inter Comites *intra Consistorium* et *in Consistorio* ex duplice inscriptione effecit, quarum vtraque exstat apud GRUTERVM; altera b):

MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C
NOBILITATE. ACTIBVSQVE. AD. EXEM
PLVM. PRAECIPVO. PRAEFECTO. VRBI
ET. ITERVM. PRAEFECTO. VRBI. PROCON
SVLI. AFRICAE. AC. TERTIO. SACRARVM
COGNITIONVM. IVDICI. COMITI. IN
CONSISTORIO. ORDINIS. PRIMI rel.

altera c):

SATVRNINO. SECVndo. V. C
PRAESIDI. PROVINCIAE. AQVITANICAЕ
MAGISTRO. MEMORIAE. COMITI. ORDI
NIS. PRIMI. PROCONSVL. AFRICAE. ITEM
COMITI. ORDINIS. PRIMI. INTRA. CON
SISTORIVM rel.

Vnde GUTHERIVS inferre voluit, Comites *intra Consistorium*, in contubernium Imperatoriae maiestatis adscitos, arcanis Principum ipsis interfuisse, *Comitibus in Consistorio* autem datam esse solam

E 3

ingre-

a) l. l. Lib. I. c. 17.

c) ibid. pag. CCCCLXV. 8.

b) Corp. inscr. p. CCCXXXVIII. 1.

ingrediendi Confistorium facultatem, absque deliberandi iure; fortasse et illos sedisse, hos stetisse. Quod autem iam **GOTHOFREDVS d)** suspicatus est, **GVTHERIVM** eas species temere confinxisse, neque illum fuisse inter Comites *in Confistorio et intra Confistorium* discrimin: id ipsum in primis confirmant duo lapides, a **MVRAATORIO e)** adlati, in quibus idem **MEMMIVS VITRASIVS ORFIVS** **Comes INTRA CONSISTORIVM ordinis primi** adpellatur, quem **GRVTERVS Comitem IN CONSISTORIO ordinis primi** exhibuerat. De qua re ut lectores fiant certiores, adponam vtriusque inscriptionis **MVRAATORIANAE** particulam, quae hoc pertinet:

MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C

GENERE. NOBILI etc.

PRAEFECT. VRBI

NON. MVLTO. INTERPOSITO. TEMPORE

ITERVM. PRAEFECTO. VRBI

PROCONSULI. AFRICAE

COMITI. ORDINIS. PRIMI

ITEM. COMITI. INTRA. CONSISTORIVM

ORDINIS PRIMI. etc.

est statim

MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C

NOBILITATE. ET. ACTIBVS. PRAECIPVO

PRAEFECTO. VRBI. PROCONSULI. AFRICAE

ET. TERTIO. SACRARVM. COGNITIONVM. IVDICI

COMITI. ORDINIS. PRIMI. ITERVM

INTRA. CONSISTORIVM. etc.

Quod

d) ad d. L. vii. Cod. Th. de Comit.

Confistor. et in Discursu histor. ad Leg. e) Nou. Thef. veter. inscriptr. Tom. II.

Quiquis Cod. ad L. Iul. maist. c. xi. p. p. DCCXX. fq.

m. 63.

Quod reliquum est, ex iis, quae haecenius disputata sunt,
 satis patere arbitror, numerum eorum, qui Consistorio interessent,
 nec olim fuisse perpetuum, nec hodie certo posse definiri. Quare
 quin MAMMAEA sedecim e senatoribus f), ALEXANDER SEVERVS
 viginti iurisperitos, ac doctissimos et disertissimos viros non
 minus quinquaginta g), THEODOSVS denique et VALENTINIANVS h)
 viginti Consistorianos adhibuisse leguntur: nemo certi quidquam
 inde efficere poterit, nisi ab AVGUSTI i), TIBERII k), ALEXANDRI
 SEVERI et THEODOSII ac VALENTINIANI exemplis vicenarii numeri
 constantiam quodammodo repetere malit.

§. 6.

Singula officia Illustrium in Consistorio exponuntur.

Quos supra dixi in Consistorianorum Illustrium numero
 fuisse, Praefectum Praetorio, Praefectum Vrbi, Magistros Mili-
 tum, Praepositum S. Cubiculi, Magistrum Officiorum, Quaestorem
 S. Palatii, Comitem SS. LL. et Comitem RR. PP., non ne-
 cessario omnes simul adhibitos esse, probant tum *Pars actorum ha-*
bitorum apud Imperatorem IVLIANVM Augustum in Consistorio; adflante
Iouio, Viro clarissimo, Quaeflore; Anatolio, Magistro Officiorum; Fe-
lice, Comite SS. LL. etc. a), tum recensio virorum, quorum auxi-
 lio

f) HERODIAN. Lib. VI. c. 1.

g) LAMPFRID. v. Alex. Seu. c. 16.

h) Nou. THEODOS. XXXXI. c. 3.

i) DIO CASS. Lib. LVI. c. 28.

k) SVETON. v. Tiber. c. 55.

a) L. 5. Cod. Th. de fide r̄s̄t. et instr.
 (Lib. XI. tit. 39.) cf. L. 1. Cod. Th. de
 Quaefloribus, Magistris Officiorum etc.
 (Lib. XI. tit. 9.)

lio se in concinnando Codice vsum esse THEODOSIVS praedicat b); Antiochi, cuncta sublimis, ex Praefecto et Consule, Maximini, Viri Illustris, ex Quaestore S. Palatii, Martyrii, Viri Illustris, Comitis et Quaestoris suae clementiae. Quae loca si comparaueris cum singulis argumentis, reliquorum Illustrium in Consistorio suffragia probantibus, nec eamdem fuisse, nec perpetuam Consistorii formam, sed diuersis officiis, pro diuersa temporum ratione et Imperatorum consuetudine, distinctam, facili negotio intelliges. Ut autem legitimo ordine haec officiorum varietas describatur, ante omnia moneo, praeter hos, quos dixi, viros, fuisse et alias Imperatori a consiliis, qui dignitate vel ipsos Illustrres superarent, Superillustres proinde a GUTHERIO c) dictos, quales fuerunt Consules et Patricii, nec non Exconsules. Hoc sensu THEODOSIVS Antiochum, ex Praefecto et Consule, dixerat cuncta sublimem, vtpote ceteris dignitatibus superiorem. Magis tamen adridet GOTHOFREDI d) distinctio, iuxta quam tres concipiuntur Illustrium gradus: primus, quo continentur Consules et Patricii; secundus, in quo sunt Praefecti Praetorio, Praefecti Vrbis, Magistri Militum et Praepositi S. Cubiculo; tertius, cui adcensentur Quaestores, Magistri Officiorum, Comites SS. LL. et Comites RR. PP. Quorum singuli in quolibet ordine post depositas administrationes inter se indiscretae fuerunt dignitatis, ita ut loco potior esset, qui promotionis tempore et codicillorum adeptione praecessisset e). Primi gradus quae

b) Nou. THEODOS. I. de auctor. Cod. Theodos.

d) ad L. vn. Cod. Th. de Praepos. S. Cubiculi (Lib. VI. tit. 8.)

c) l. l. Lib. I. c. II.

e) L. I. C. de Praepos. S. Cubic. (Lib. XII. tit. 5.)

41

quae peculiaria fuerint in Consistorio officia, nusquam inueni trāditum; illud tamē arbitror, fuisse eos primo loco in suffragia missos, ita ut Patricii medio loco haberentur inter Consules et Praefectos, Consulatus autem tamquam apex omnium dignitatum ceteris praeferreretur f). Certe iam in **VALERIANI** Consistorio similis ordo obtinuit, quem discimus e narratione **vopisci** g), vel potius **ACHOLII**, maxime memorabili de adrogatione **AURELIANI**: quum consedisset *Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium, praesente exercitu, praesente etiam officio palatino, adfidentibus Memmio Fusco, Consule ordinario, Bebio Macro, Praefecto Praetorii, Quinto Ancario, Praefide Orientis; adfidentibus etiam a parte laeva Aauhrio Saturnino, Scythici limitis duce, Murentio, ad Aegyptum destituto, Iulio Tryphone, Orientalis limitis duce, et Meteo Brundisino, Praefecto annonae Orientis, et Vlpio Crinito, duce Illyriciani limitis et Thracii, et Fulvio Boio, duce Rhetici limitis: Valerianus Augustus dixit etc.* Praefecturae Praetorianae et Urbanae origines atque incrementa, quatenus ad Consistorium nostrum spectant, exposui in Specimine priori h), ubi et adfusatim adlata sunt loca, quae, utrumque Magistratum vice *sacra iudicasse*, Praefectum Praetorio autem ipsi adeo auditorio principali praefuisse, euincunt. Quae quidem post divisionem orbis in quatuor Praefecturas soli Orientis Praefecto, qui et in Comitatu Principum cum Quaestore S. Palatii fuisse legitur i), conuenire, nullus dubito. Reliquos Praefectos, ut cū Imper-

f) cf. **IAC. SIRMONDVS ad SIDONII**

h) Cap. III. §. 4.

Lib. V. epist. 16.

g) in v. *Aureliani*, c. 13.

i) L. 32. C. de adpellat.

Imperatoribus HONORIO et THEODOSIO ^{h)} loquar, magis in provinceis, quam in sacro comitatu in actu positos fuisse arbitror. Vnde etiam cognosci potest ratio, cur plerumque inter Consistorianos Illustres sola Quaestoris, Magistri Officiorum, Comitis SS. LL. et Comitis RR. PP. quadriga commemoretur, licet nec Magistrorum Militum ⁱ⁾, nec Praepositi S. Cubiculi ^{m)} Consistorio subinde admotorum exempla deficiant. Quae perpetua Consistorianorum Illustrium quadriga, Comitatu sacro adscripta, eluet non solum ex laudata auctorum, in Consistorio Imperatoris IVLIANI habitorum, parte ⁿ⁾, verum etiam in primis ex VALENTIANI, VALENTIS et GRATIANI sanctione ^{o)}, in qua *Sacratio imperiali*, i. e. Consistorio, *explorata sedulitate* dicuntur *obedire*, quia ad iussa Principis expediti et velut in procinctu erant, sive in constitutionibus promulgandis (quod Quaestoris munus erat), sive in Principis mandatis exsequendis (quod Magistri Officiorum erat), sive in largitionibus, tributis, sacrificique opibus administrandis (quae partes Comitis SS. LL. et Comitis RR. PP. erant) ^{p)}. In his ipsis singulorum officiis recensendis, quatenus ea Consistorio inseruirent, tanto brevior esse potero, quo clariorem lucem viri docti huic argumento dudum adulterunt. Quamobrem ipse

^{h)} L. vn. Cod. Th. de Comit. qui Il. huftr. agent. adf. (Lib. VI. tit. 15.) ^{L.} *Quisquis* Cod. ad L. Iul. maij. c. II. p. m. 67. et *CVRTIUS de Senatu Rom.*

ⁱ⁾ L. 17. Cod. Th. de re milit. (Lib. VII. tit. 1.) ^{post temp. recip. lib.} Lib. IIII. c. 7. §. 97.

^{m)} L. vn. Cod. Th. de Praepof. S. Cubic. (Lib. VI. tit. 8.) L. 3. Cod. Th. de merat, cf. GOTHOFREDI *Diss. hist. ad* ⁿ⁾ d. L. 5. *de fide test. et instr.* ^{o)} L. I. Cod. Th. de *Quaestor. Magistr. Offic. etc.* ^{p)} v. GOTHOFREDVS ad d. L. 1.

testimoniis eorum excitandis plerumque adquiescam. Ac Quae-
stor quidem *S. Palatii*, SYMMACHO *q*) concilii regalis particeps, precum
arbiter, legum conditor, PROCOPIO *r*) autem βασιλεὺς πάρεργος dictus,
leges dictabat et componebat *s*), vel, si alius composuisset, iisdem
subscribebat, poena statuta in eos, qui absque Quaestoris
adnotatione iussionem Imperatoriam suscipere ausi essent *t*); co-
gnoscebat super adpellationibus *v*), curam laterculi minoris gere-
bat *x*), habebatque non officium, sed *adiutores de Scriniis y*):
quae omnia egregio doctrinae adparatu *IO. FRID. MAGER z*) illu-
stravit. *Magister Officiorum* praeter alias muneras partes, quae ad
Consistorium nihil admittent, hac in primis functus est cura, ut
admissionibus praeesset, ac, si quid maiore sollemnitate in aulae
penetalibus celebrandum esset, ceteros proceres ac ministros pa-
latinatos congregaret: id quod, a CVIACIO et GOTHOFREDO p-
raeterrimus, extra omnem dubitationem posuit vir neutro inferior,
IO. FRID. CHRISTIVS a). Comitum *SS. LL. et RR. PP.*, qui et
xat' ἐξοχὴν Consistorii Comites audiunt *b*), alter publico aerario *c*),

F 2. alter

q) Lib. I. epist. 17.

z) in Diss. de Candidatis Principiis

r) de bello Pers. Lib. I. c. 24.

(Lips. 1733) §. 20 — 28.

s) Notitia Imper. Orient. c. n. PAN-
CIROLI c. 73. in IO. GE. GRAEVII Thes.

(Lips. 1733) §. 12.
et 13. p. 26. lqq.

Antiquit. Rom. Tom. VII. p. 1513. sqq.
ZOSIMVS Lib. V. p. 342. ed. OXON.

b) L. 1. et 4. Cod. Th. de Palat. *SS.*
LL. et *RR. PP.* (Lib. VI. tit. 30.)

t) Non. CXIII. Auth. *Gloriosissimi C.*
de diuers. rescript.

c) Notit. Imp. Orient. c. 74. in GRAE-
VII Thes. Antt. T. VII. p. 1520. sqq. cf.

u) d. L. 32. et 38. C. de adpellat.

GUTHERIVS l. l. Lib. III. c. 16. GOTH-

w) L. 1. et 2. C. de offic. *Quaeſtor.*

FREDI Notit. dignitt. Codicis Theod. BYR-

y) Notit. Imp. U. l.

MANNVS de vestigalibus Pop. Rom. c. 8.

p. 115. sqq.

alter fisco et patrimonio Principis d) praepositus fuit. Ac Comes quidem SS. LL. vice Principis cognoscebat e) et cognitionibus praefidebat f), maxime in caussis ad aerarium pertinentibus g), vnde et Sacri Auditorii Cognitor vocatur h). Sub eius litteris proponebantur publice nonnullae Constitutiones i), in primis eae, quibus pecuniae Principi erogandae populis indicebantur k): quemadmodum etiam chartis honorum conferendorum nomen subscribebat l). Denique et strena, quam Princeps Comitibus Consistorianis aliisque quotannis Kalendis Ianuariis elargiebatur m), per Comitem SS. LL. collata videtur n). Comes vero RR. PP. cognoscebat de rebus ad fiscum spectantibus; vnde non solum instructam prius petitionem ab officio eius esse oportebat, quam quid utiliter a Principe impetraretur o); sed et rescripta donationis bonorum fisco delatorum, a Principe impetrata, apud eumdem adleganda, delatoresque simul inducendi erant p). Praeterea idem de incestu et sepulcris violatis iudicabat q), quoniam virum.

d) Norit. Imp. Orient. c. 88. apud GRAEVIVM l. I. T. VII. p. 1552. sqq. cf. GUTHIERIVS l. I. Lib. III. c. 25. GOTHOFREB. Norit. dignitt. Cod. Th. BVRMANIUS l. I. c. 8. p. 116.

e) L. 21. Cod. Th. de adpellat. (Lib. XI. tit. 30.)

f) L. 28. eod.

g) L. 39. et 46. eod.

h) L. 64. eod.

i) L. vlt. Cod. Th. de immunitate (Lib. XI. tit. 12.)

k) L. vlt. C. de can. largition, tir. (Lib. X. tit. 23.)

l) CASSIODOR. Variar. Lib. VI. c. 7.

m) L. 4. C. de aduoc. diuers. iudicium.

n) CASSIODOR. ibid.

o) L. 11. 14. 16. 23. 26. Cod. Th. de petition. (Lib. X. tit. 10.) L. vlt. Cod. Th. de bon. vacant. (Lib. X. tit. 8.)

p) L. 12. et 13. Cod. Th. de petition.

q) L. 4. C. de incest. nupt. cf. CASSIODOR. l. l. Lib. VI. c. 8.

vtrumque iudicium cum partis honorum publicatione consun*c*tum erat r).

§. 7.

Specabilium officia in Consistorio.

Expositis *Illustrium* in Consistorio officiis, dicendum est de *Specabilibus*, qui, quamquam nominatim inter Comites Consistorianos non occurunt, tamen haud infimas in Consistorio partes obtinuerunt. Eius generis primus est *Primicerius Notariorum*, quem in Consistorio satis patet e *GRATTANI*, *VALENTIANI* et *THEODOSII* constitutione a), et ex antiquo monimento b), in quo *Primaedium in Consistorio Sacro Tribunum et Notarium* interpretor *Primicerium*:

PETRONIO. MAXIMO. V. C. PRAEF. VRB. etc.

QVI. PRIMAEVVS. IN. CONSISTORIO

SACRO. TRIBVNVS. ET. NOTARIVS. MERVIT. etc.

Curam is habebat laterculi maioris c), in quo consignata omnis dignitatum et administrationum notitia; vnde recte obseruauit *CVIACIVS* d), per Primicerium largitum esse Principem honores, vt per Comitem LL. pecunias. Per euindem aliquando recitatae

F. 3 in

r) *GYTHERIVS* l. Lib. III. c. 25.

a) L. 2. Cod. Th. de *Primicer.* et *Notar.* (Lib. VI. tit. 10.)

b) in *GRUTERI Corp. Inscript.* pag. CCCCCXXXVIII. 7.

c) *Notar. Imp. Or.* c. 93. in *GRAEV.*

Thes. Ant. Rom. Tom. VII. p. 1574.
sqq. cf. *CLAVDIANI Epithalam. Palladii*
v. 83 — 91.

d) *Paratitl. C. de offic. Quaestor.* p. m.
30. cf. *GYTHERIVS* l. lib. III. c. 9.

in Senatu Principum Orationes, ut adeo Quaestoris vicem non-numquam sustinuisse videatur e). Nollem tamen adstipulari conjecturae cl. SALMASII f), qui Primicerii, ait, singularem praepositum fuisse *Magistrum, a vigiliis inde ac laboribus dictum*: quum in loco Codicis Theodosiani g) verba: *a vigiliis ac laboribus,* sint ab antecedente *Magistri* nomine separanda; *Magister* autem ibi ἀπλῶς dicatur pro *Magistro Officiorum* h). Illud vero certius, quod idem SALMASIUS i) adfirmat, Primicerii Notariorum officium in Consistorio Principum recentiorum ad Cancellarium esse translatum. Quod ad *Magistros Scriniorum* adtinet, neminem fugit, quatuor fuisse *Scrinia Palatina, Memoriae, Epistolarum, Libellorum et Dispositionum*, quorum praefecti, si a solo Comite *Dispositionum* discesseris, dicerentur omnes *Magistri*, nomine Scrinii addito, ut *Magister Memoriae, Magister Epistolarum, Magister Libellorum*. Plura qui desiderat, audeat ampliores PANICROLI k), GUTHERRII l), GOTHOFREDI m) et CHR. VLR. GRVPENII n) commentarios. Omnes autem Scriniorum Magistros fuisse in Consistorio, colligo

i) L. 14. Cod. Th. de Senator. (Lib. 98. in GRAEVII Thes. Antz. T. VII. p. VI. tit. 2.) cf. GUTHERRIVS ibid. 1579 — 1592.

f) in Diff. de Secretariis, in ALB. HENR. DE SALLENGRE Thes. Antz. Rom. Tom. II. p. 673.

g) L. vlt. Cod. Th. de Primicer. et Notar.

h) v. GOTHOFREDVS ad h. l.

i) in Diff. laud. in Thes. SALLENGRIANI Tom. II. p. 672.

k) Comm. ad Notar. Imp. Or. c. 94 —

l) l. I. Lib. III. c. 3 — 6.

m) ad L. vn. Cod. Th. de Magistris Scrinior. (Lib. VI. tit. II.) et tit. Cod. Th. de Proxiin. Comit. Dispos. (Lib. VI. tit. 26.)

n) in Olff. (Hanou. 1753. 4.) quarum II. agit de forma testamentorum iudicium et priuatorum in scriptis §. 2. p. 96. lqq.

tum ex indole officiorum, quibus functi sunt: unde et *Imperato-*
riæ maiestati quodammodo adsidere dicuntur o); tum e sanctione
THEODOSII iunioris p), Codicis auctores referente, inter quos
occurrunt Magistri Memoriae et Libellorum; tum in primis ex in-
scriptione a GRVTERO q) excitata, quam ob argumenti præstan-
tiam adponere placet:

DIS

MAGNIS

MATRI. DEV. ET. ATTIDI. SE

XTILIVS. AGESILAUS. AEDESIVS

V. C. CAVSARVM. NON. IGN OBI

LIS. AFRICANI. TRIBVNALIS. ORA

TOR. ET. IN. CONSISTORIO

PRINCIPVM. ITEM. MAGISTE

R. LIBELLORVM. ET. COGNITION

SACRARVM. MAGISTER. EPISTO

LAR. MAGISTER. MEMORIAE. etc.

Singulorum officia Notitia dignitatum haec exhibet: *Magister Memoriae: annotationes omnes didicit, et emitit, et precibus respondet. Magister Epistolarum: legationes ciuitatum, consultationes et preces tractat. Magister Libellorum cognitiones et preces tractat. Scrinium Dispositionum praetermittit, forte, quia Notitiae tempore eius vices Magister Epistolarum sustinebat r). Insinuabant autem*

Comites

e) L. vn. Cod. de Magistr. SS. Scrin. (Lib. XII. tit. 9)

q) Corp. Inscriptt. p. XXVIII. 2.

p) Nou. THEODOS. I. de autorit. Cod. Th.

r) PANCIROLVS l. l. c. 98. p. 1592.

Comites Dispositionum Principi supplicum desideria, aut iudicium consultationes, et responsa data consulentibus mittebant, quae est origo Referendariorum *x*). Nec mirum, iurisconsultos in primis ad Seriniorum magisterium suisse euctos *v*), quam totum ius in Seriniis Principum constitutum legatur *v*), omnisque generis adnotaciones, pragmaticae sanctiones, rescripta, cognitiones et preces ibi reponerentur atque ederentur *x*). Secundicerius Notariorum, i. e. sequens Primicerium Tribunus et Notarius *y*), eodem honore atque ordine, quo Primicerius, perfruebatur *x*), quem excipiebant ceteri Tribuni et Notarii, seu Tribuni Notarii, residui proinde ordinis dicti *a*). Eorum praecipua fuit in Consistorio functio, intra cuius secreta aliquoties leguntur militasse *b*). Nec opus est, ut cum GUTHERIO *c*), SALMASIO *d*) et IO. TESCHEMAKERO *e*) fingamus peculiares Notarios a secretis vel ad secreta, quos GOTHOFRE-

s) PANCKOLVS ibid.

v) BERN. HENR. REINOLDI Off. iur. ciu. interpretatione Codicis praemissae c. I. in EIVSD. Opifex. p. 403. sq. ev. OTTONIS Papinianus c. 14. §. 3. ADR. STEGERI Diff. de honoribus veterum iurisconsultorum c. I. §. 10. p. 30. et III. CHR. FRID. GLÜCKII Introductio in studium historiae LL. positivarum Germanorum c. 2. sect. 2. §. 60. p. 110. sq.

v) L. 19. C. de testam.

w) L. vlt. C. de aquaeductib. (Lib. XI. tit. 42.) cf. REINOLDVS l. l. p. 401.

y) L. 2. Cod. Th. de Primicer. et Notar.

e) GOTHOFREDVS ad L. 21. Cod. Th. de petition.

a) L. 3. Cod. Th. de Primicer. et Notar.
b) L. 7. Cod. Th. de Privil. eor. qui in S. Pal. mil. (Lib. VI. tit. 35.) CASSIONOR. Variar. Lib. VI. c. 16.

c) l. l. Lib. II. c. vit.

d) Diff. laud. de Secretariis in Theſ. SALLENGR. T. II. pag. 665. sq. 673. sq.

e) Diff. de iure silentii (Trai. ad Rh. 1730) c. 4. §. 1. in OELRICHS Theſ. nou. Differit. Belg. Vol. III. Tom. I. p. 277.

dv̄s f), quem omnino sequor, ex ordine Notariorum Principis ad mandata secreta peregre perferenda missos esse, probauit. Praeterea Tribunorum Notariorum fuit, acta in Consistorio excipere, breues cauſarum in eodem referendarum confidere, ea, quae e re essent, Imperatoribus ſuggerere, Imperialia reſponſa foras efferre, cognitionibus et interrogationibus adiūſtere; quo- rum omnium frequentiſſima occurrit apud AMMIANVM MARCEL- LINVM aliosque scriptores veteres mentio, a FR. IVRETO g), GVTHERIO h), GOTHOFREDO i), et SALMASIO k) diligentissime no- tata. Cum Tribunis Notariis minime confundendi ſunt Cancel- larii, quorum non ſolum in Secretariis iudicū, ut putabat CVIACIVS l), ſed et in Consistorio Principum munus aliquod fuiffe, quamquam vile olim et contemtum, GOTHOFREDVS m) ac SALMASIVS n) egregie oſtenderunt. Tantum enim abeft, vt Cancellarii dicti ſint ii, qui intra cancellos ſcribendis epistolis, iuſſionibus, edictis, relationibus ac reſcriptis operam darent (quale munus omnino fuit Notariorum), vt fuerint infimi gradus adparitores, vel oſtiarii, qui cancellos Consistorii aptarent in- tronitendis litigantibus, aut, ſi qui alii Consistorii ingrediendi

ius

f) ad L. I. Cod. Th. de Primicer. et

k) Diff. laud. in Thes. SALLENGR.

Notar. cf. IDEM ad L. vn. Cod. Th. de

Tom. II. p. 666. sqq.

mandat. Princ. (Lib. I. tit. 3.)

l) Paratit. C. de adiutor. domiſſ. et

g) ad SYMMACHI Lib. V. ep. 39.

cancel. laud. p. m. 47.

h) l. l. Lib. III. c. 9.

m) ad L. vii. Cod. Th. eod. (Lib. I.

i) ad d. L. I. Cod. Th. de Primic. et

tit. 12.)

n) Diff. laud. p. 669. sq.

Notar.

G

iūs haberent, ac post introductos clauderent. Quod ipsum luculenter discimus ex locis AGATHIAE o), et CASSIODORI p), a GOTHOFREDO uberior explicatis. Postea coepit Cancellariorum nomen et ad alia munera flecti, et magis honorari, adeo ut tandem ad sumnum secreti Magistrum, seu Quaestorem in Consistorio, tractum sit, titulo tamen non tam a cancellis, quam a cancellando potius deriuato. Ceterum loco Cancellariorum, quales tempore utriusque Codicis promulgati in ministerio fuerunt, reperio in aula Byzantina nouissima simile, sed forte honorificentius officium, à GEORG. CODINO, vulgo CVROPALATA q), commemoratum, τοῦ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, εἰς τὸ ποιῶν εὐταξίαν ἑρόδου βημάτος, h. e. Praefecti Sacro Consistorio, qui apud tribunal ordinem iustum seruari curat. A Tribunis Notariis ad Silentarios eorumque Decuriones progredimur, de quibus plura dabunt PANCIROLVUS r), GUTHERIVS s), GOTHOFREDVS t) et in primis TESCHEMAKER v). Silentarios, licet minime essent a secretis Principum, quale quid in mentem venerat ACCVRSIO x), fuisse tamen peculiari officio in Consistorio functos, et eatenus

circus

- o) de reb. gest. Iustiniani Lib. I. p. 31. r) l. l. Lib. III. c. 29.
in Corp. Byz.
- p) Vaxiar, Lib. XI. c. 6. s) ad L. I. et vlt. Cod. Th. de decurion.
er silent. (Lib. VI. tit. 23.)
- q) de official. palatii Constantinop. ex ed. FRANC. IVNII. p. I. lin. 10. et p. 6. l. 25. cf. IVNII Not. p. 250.
- r) l. l. c. 62. in Thes. GRAEV. Tom. VII. p. 1494.
- v) Diff. laud. c. 4. §. 2. in OELRICHS Thes. nou. Differit. Belgg. Vol. III. T. I. p. 282. sqq.
- x) ad L. 30. §. 2. fin. Cod. de inoff. rest. et ad rubr. C. de Silentariis.

circa latu^s Principum militasse y), patet tum e titulo Decurionis Sacri Consistorii, Praefectis eorum seu Decurionibus tributo z), tum e munieris silentiarii ratione. Agebant enim excubias ante cubulum Principis, quum in Consistorio cum Consistorianis exterristie, siue legatis eorum, de rebus arduis deliberaret, curamque habebant, ne strepitus in Palatio excitaretur. Militia Palatina defuncti siebant et ipsi Comites Consistoriani, quod praeter THEODOSII et VALENTINIANI constitutionem a) docet lapis apud GRYTERVM b) obuius:

IVLIVS. FELIX. VA
LENTINIANVS. V. C. ET. EX-SI
LENTIARIO. SACRI. PALATII. COM
CONSISTORII. etc.

Denis Silentariis praefecti singuli *Decuriones*, quorum tres numero fuerunt, sicut triginta Silentarii. Decurionum munus in eo positum fuit, ut in Palatio agerent, et, si quid efficax peragendum, turbisue et seditionibus occurrentum esset, Principis missionibus extra ordinem parerent, nec non ut, Imperatore vel Augusta procedente, pompa Imperatoriae praeesserent. Ultimum in Consistorio locum adsignauit *Proximis Scriniorum*, qui intelligendi sunt de tribus solummodo Scrinis, *Memoriae, Epistolae et Libellorum*; quarti enim Scrinii, *Dispositionum*, non

G 2 Proxi-

y) L. vlt. C. de excusat. rur.

a) L. vlt. Cod. Th. de Decurion. et

z) L. vlt. Cod. Th. de Senator. (Lib. Silent.

VI. tit. 2.)

b) Corp. Inscript. p. MLIII. 10.

Proximus fuit, sed Prior in Scrinio c). Hos cum GUTHERIO d)
puto proxime adcessisse ad Magistrorum similitudinem, et
eorumdem vices, licet ipsis inferiores, egisse, si Magistri vel
abessent, vel propter aliud impedimentum a comitatu Principis
arcerentur. Quale fuit sub antiquioribus Imperatoribus *Promagistri*, vel *Promagistri libellorum* officium, extra GRVTERVM etiam
in duabus MYRATORIIS e) inscriptionibus obuium, de quo GUTHER-
EIVS f) et IO. STRAVCHIVS g) amplius disputauerunt.

Omittō Magistrum Cognitionum Sacrarum, Iudicem Sacrarum Co-
gnitionum, Iudicem Sacrarum Constitutionum, Sacri Auditorii Cognito-
rem, et alia huius generis nomina, non dignitatem peculiarem,
sed officium commune, dignitati Consistorianae adnexum, signi-
ficantia, quae alio tempore, quando de caussis in Consistorio
agitatis sermo erit, commodius poterunt explicari. Nunc qui-
dem depositis dignitatibus et ornamentiis, quae Romani Principes
tribue-

e) GOTHFREDVS ad L. vn. Cod. Th. e) in Nou. Theſ. Inſcrip. Tom. II. p.
de Magistris Scrinior. (Lib. VI. tit. II.) DCCV. 4. et DCCLXVII. 3.

f) l. l. Lib. III. c. 7.

f) l. l. Lib. I. c. 35.
g) in vita Celorum p. 16.

tribuerunt, celebranda est, quae caussam scribendi praebuit, indulgentia PRINCIPIS OPTIMI MAXIMI, quem nostrum esse, nemo est, qui Saxonie solum, nec idem sibi ipse gratuletur. Placuit autem nuper FRIDERICO AVGUSTO, SERENISSIMO DUCI ELECTORI SAXONIAE, Patri Patriae Pio Felici, conferre in me munus, antiquitates iuris extra ordinem in hac Academia profitendi: quod cum ipsum iam graue, tum propter exempla Virorum summorum, qui ante me eamdem prouinciam exornauerunt, BACHII, CONRADII, ILL. SCHOTTI, et, ex cuius morte vacare coepit, HEBENSTREITII, adeo arduum esse ac difficile sentio, vt, nisi, voluntatem certe tantorum auctorum vestigia premendi mihi haud desuisse, homines intellexerint, de me tanto certius actum iri iudicarem, quo minus vix quam ad laudes illorum possim adspirare. Cuius quidem studii mei et officii primum argumentum praebebunt auspicia muneric sollemnia, proximo die XII. M. Augusti capeffenda, quibus memoriam beneficij splendidissimi, quod, dum quidem spirare potero, aeterna pietatis lege colam, ita celebrabo, vt, oratione *de studiis antiquitatum iuris hodie regundis* praemissa, pia vota pro salute perpetua SVMMI PRINCIPIS, DOMVS AVGUSTAE, et AMICORVM EIVS ILLVSTRISSIMORVM AC SAPIENTISSIMORVM nuncupem; quea hoc ipso tempore nuncupari a me posse, tanto magis laetor, quo certius spero, id auspiciatissima PRAESIDIS SVPREMI SENATVS SACRI PERILLVSTRIS praesentia futurum. Ut vero pietatis meae testes habeam quam plurimos, RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, COMITES ILLVSTRISSIMOS, PROCERES VTRIVSQVE REIPUBLICAE GRAVISSIMOS, COMMILITONES denique GENEROSISSIMOS ET ORNATISSIMOS obseruantissime rogo, velint

dicto

dicto die in Auditorio Iurisconsultorum adesse, suaque frequen-
tia et beneficii accepti splendorem augere, et suae erga me indul-
gentiae ac voluntatis documentum exhibere.

P. P. in Vniuersitate Litterarum Lipsiensi, Dom. VIII. post
Festum Trinit. A. C. ciclocccccxxxviii.

Vol 18

ULB Halle
005 475 171

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



No. 1114

1789, 13.

DE

CONSISTORIO PRINCIPVM

SPECIMEN II

IVRIS ROMANI PVBLICI

QVO

AD AVDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS ANTIQVITATVM IVRIS
EXTRAORDINARIAE

SOLLEMNITER AVSPICANDAE CAVSSA

A. D. XII. M. AVGUSTI A. C. CICICCLXXXVIII

IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM

RECITANDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

CHRISTIANVS GOTTLIEB HAVBOLD

IVRIS VTRIVSQVE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR ANTIQVITATVM IVRIS
PROF. PVBL. EXTRAORD

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIA

